

DC
1988









DE RATIONE
TEXTVS BIBLICI
IN
EPHRAEMI SYRI COMMENTARIIS

OB VII
EIVSQUE VSV CRITICO

DISSERTATIO

QVAM

EX AVCTORITATE
AMPLISS. PHILOSOPHORVM ORDINIS

A. D. XIX. AVG. A. R. S. CIOCCCLXXXVI

H. L. Q. C.

ERVDITORVM EXAMINI

SVBIICIET

M. GOTTLIEB LEBERECHE SPOHN

ISLEBIENSIS SAXO

CATECHETA APVD LIPSIENSES AD AEDEM PETRINAM

ASSVMTO SOCIO

CAROLO DAVIDE ILGEN

THEOL. ET PHILOL. STVD.

LIPSIAE

EX TYPOGRAPHEO BREITKOPFIO.



BEI
TEXTVS BIBLICI
IN
LIBRARIIS SYRI COMMENTARIIS
ORAVI
HILFSQUE VRY CRITICO

J. Gildemeister
Götto 1833.



A 23 V M T O S O G I O
C A R O L O D A V I D E I L G E N
T H R O L E T T H R I O L 32 A B

L I R S I A E
E X T Y P O G R A P H I O B R E I T K O P F I O



VIRO MAGNIFICO
ILLVSTRI IVRISCONSULTISSIMO
ADOLPHO CHRISTIANO
WENDLERO

I. V. D.

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
CONSILIARIO AVLICO
CIVITATIS LIPSIENSIS CONSVLI H. T. REGENTI
SCABINATVS LIPSICI ASSESSORI AEDISQVE THOMANAE
CVRATORI,



VIRO MAGNifico
ILLUSTRI IURISCONSULTISSIMO
ADOLPHO CHRISTIANO
WENDLERO

L. N. D.

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
CONSILIARIO AULICO

CIVITATIS LIPSIENSIS CONSULI H. T. REGENTI
SCABINATUS LIPSIENSIS AESSORII ANDREAE THOMAE
CURIATORI



NEC NON

VIRO MAGNIFICO
ILLVSTRI IVRISCONSULTISSIMO
CAROLO GVILIELMO
MVELLERO

I. V. D.

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
A SECRETIORIBVS REI BELLICAE CONSILIIIS

CIVITATIS LIPSIENSIS CONSVLI PRIMARIO

SCABINATVS LIPSICI ASSESSORI AEDIS ET SCHOLAE NICOLAITANAE
CVRATORI

NEC NON

BIBLIOTHECAE SENATORIAE PRAEFECTO

PATRONIS PIE VENERANDIS

HVNC LIBELLVM

D. D. D. D.

GOTTLIEB LEBERECHE SPOHN.



NEC NON

VIRO MAGNifico

ILLVSTRI IVRISCONSULTISSIMO

CAROLO GUILIELMO

M VELLERO

L. V. D.

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
A SECRETARIIBVS REI PUBLICAE CONSILII
CIVITATIS LIPSIAENSIS CONSILI PRINCIPALI

SCABINVS LIPSIENSIS ACADEMIAE ET SCHOLAE THEOLOGICAE
CVRATORI

NEC NON

BIBLIOTHECAE SENATORIAE PRAEFECTO

PATRONIS REI VENERANDIS

HANC LIBELLVM

D. D. D. D.

GOTTLIEB FERBERCHT-SPORN



DE
RATIONE TEXTVS BIBLICI
IN
EPHRAEMI SYRI COMMENTARIIS
OB VII
EIVSQVE VSV CRITICO.

Circumspicientibus nobis, quid tandem in praesenti scriberemus, quod si non eruditionis elegantia, at nouitatis tamen laude se commendaret, in mentem venit, quaedam de Ephraemo Syro differe, quae eo magis nobis arriserunt, quo maiori animi voluptate intellexeramus, nuperrimos nostros conatus non prorsus displicuisse viris eruditis, qui nobis auctores erant suasoresque, laborum illorum molestissimorum, quos in conferendis fragmentis textus biblici Ephraemianis incepissemus, perficiendorum. Quas excitationes, quae etiamnum animo recentes inhaerent, quum mente agnouissemus gratissima, atque de conatibus nostris haud inepte susceptis laetaremur: non diu nobiscum reputauimus, quid potissimum in lucem ederemus, quod viris doctis non iniucundum foret. Eo enim res deuoluta est, vt rationem textus biblici Ephraemiani paullo accuratiori trutina examinarem, qua cognosci posset, quis inde vsus ad versionem redundaret Syriacam. At vero non graue solum nobis hoc argumentum dignumque visum est, quo nostri ingenii vires exerceremus, sed etiam ad nos de meliori, si fieri posset, commendandos reipublicae litterariae longe aptissimum. Quum autem illud partim adhuc intactum, partim multis molestiis circumfusum sentiremus, Ephraemum nostrum nos, quamuis assidui, saepius deposuimus, difficul-
A
tatibus

tatibus magis magisque in dies auctis. Dubitabamus enim, an nostri
 humeri onus impositum sustinerent. Quamquam vero, quod nos sua
 mole adeo premeret, viribus fere exhaustis, per tempus abiecera-
 mus, illis tamen paullo restauratis, idem nobis iterum imposuimus,
 arbitantes, turpe esse, inceptum ad finem non perducere. Tamen
 metuimus, ne a vero tramite aberraremus et in re tam ardua, suc-
 cessu aliquantulum infeliciori, progredieremur, quod eo magis fieri
 solet, quo facilior est in via non antea trita atque cognita error. Ac-
 cipite igitur LL. BB. serena fronte atque beneuolo animo, quam Vo-
 bis in his plagulis tradidimus, dissertationem: *de ratione textus
 biblici in Ephraemi Syri Commentariis obuii eiusque usu critico.*
 Dispersitur in duas partes, in quarum priori *rationem textus
 biblici* descripsimus; in posteriori vero *usum criticum*, quem fra-
 gmenta illa biblica habeant, exemplis ostendimus, vt opinamur,
 haud incommodis. Si quid iis erratum sit, nobis inuitis atque insciis,
 etiam atque etiam Vos rogatos volumus, vt pro vestra humanitate
 nos edoceatis meliora, quo beneficio Vobis nos discendi cupidos ha-
 bebitis quam obstrictissimos; et vt conatibus nostris, si quid pretii iis
 sit statuendum, fauere pergatis, quo nostrae felicitati incrementum
 addetur haud exiguum.

PARS

P A R S P R I O R.

§. I.

Quamquam haud pauci reperiantur, qui putent, **V**ersionem, quam **E P H R A E M** Syrus in commentandis explicandisque sacris scripturis sequutus est, ita comparatam esse, ut vna eademque sit cum ea, quam in Bibliis Polyglottis Londinensibus typis expressam legimus et Peshito nominare solemus, quod nomen iam veteres huic Versioni Syriacae antiquissimae imposuerunt, quippe quae ad veritatem hebraicam, e qua deriuata sit, propius, quam reliquae, accederet: illa tamen sententia tot tantisque difficultatibus videtur circumfusa, ut operae pretium esse arbitremur, rationem Versionis illius Syriacae, quam ante Scholia habeat **E P H R A E M**, describere, quo efficiatur, ut certi quid, si fieri possit, de ea statuatur. Si versio illa nullis sordibus contaminata, nec vllas mutationes experta, ad nos peruenisset, si subscribere iure possemus verbis **P E T R I B E N E D I C T I** *e societate Iesu: Notandum*, in Praefatione Tom. I. opp. **E P H R.**, *in his Commentariis Syriacam scripturae versionem Syris omnium antiquissimam Syrum interpretem sequi. Duae siquidem Syri usurpant, alteram, quae simplicem et purum hebraicae veritatis textum exhibeat nulla alia interpretatione quouis modo immutatum, qua ratione Graeci graecam versionem Septuaginta Seniorum simplicem vocare potuissent; alteram ex Graeco textu expressam, quamquam nec adeo certum est, an iam EPHRAEMI aetate extiterit; nec eius antiquitas satis probatur ex eo, quod S. Doctor graecum textum alicubi proferat, quum hebraice et graece perinde doctus fuerit et utriusque textus vocabula frequenter vel explicet, vel integra, ut in codice hebraico vel Graeco exstabant, repraesentet; si EPHRAEMVM inter et Peshito amicus*

A 2

repe-

reperiretur consensus, nos omnino temere et inepte egissemus operamque perdidissemus omnem, rationem textus EPHRAEMIANI describentes. At enim vero non tam clara nobis videtur sententia illa de Versione in EPHRAEMI commentariis obuia, quam cum τοις Lxx. adeo consentire reperimus, vt, si exemplorum copia adducti eam e graeca Versione fuisse profectam statueremus, non essemus vituperandi. Sin vero in multis locis conueniens cum hebraico contextu deprehenderetur et a τοις Lxx. recederet, quam difficile esset de ea iudicium! Ne quis ea omnia temere esse dicta autumet, exempla ad rem confirmandam proferamus, quibus quisque intelligat, Versionem illam, quam Scholiis EPHRAEMI praemissam legimus, voces quasdam της Peschito omittere, quasdam illi addere, quasdam immutatas, quasdam transpositas cum versione των Lxx. habere.

§. II.

Sed omnes libros, quos EPHRAEM commentariis adornauit, percurrere, huius libelli limites non ferunt. Igitur nostram sententiam satis probatam fore duximus argumentis e quibusdam tantum libris haustis, quos totos hic sistimus, vaticinia nempe *Iesaiæ, Hoseæ, Ioelis, Amosi, Michæ, Sachariae* atque *Malachiae*; e reliquis vero pauca exempla e locis difficilioribus sumta animus est proponere.

IES. I, 15. Peschito legit: $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ manus vestrae, EPHR. $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ manus enim vestrae, cum τοις Lxx. *αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν.* — 31. P. $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$, EPHR. $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$. Lxx. *ὡς καλάμη.* — P. $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$. E. $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$. Lxx. *ὡς σπινθήρες.*

— III, 1. $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ et $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ omittit EPHR. cum Lxx.

— III, 6. P. $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ et tegimen erit, quod umbram contra aestum diei praebeat. EPHR. $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ $\text{יְמֵי מַנּוֹתֵיכֶם}$ et erit in tegimen contra aestum. Lxx. *καὶ ἔσται εἰς σκιάν ἀπὸ καύματος.*

IES.



- IES. XXXVIII, 17. P. $\Delta\text{---}\dot{\text{ר}}\text{---}\dot{\text{ב}}\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$. E. $\Delta\text{---}\dot{\text{ר}}\text{---}\dot{\text{ב}}\text{---}\dot{\text{ו}}$ *et abiicisti*.
Lxx. *καὶ ἀπέβρισας.*
- XXXXI, 3. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$. E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$. Lxx. *καὶ διώξεται.* — 4.
post $\text{---}\dot{\text{ו}}$ addit EPH. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ cum Lxx. *ταῦτα.*
- XXXXII, 10. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$. E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$. Lxx. *εἰς θάλασσαν.* —
19. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$. EPH. $\text{---}\dot{\text{ו}}$. Lxx. *καὶ κωφοί.*
- LXVI, 6. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *et pariat masculum.* E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$
 $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *et effugiat et pariat masculum.* Lxx. *ἐξέφυγε*
καὶ ἔτεκεν ἄρσεν. Mirum est, EPHRAEMVM verba των
Lxx. habere, in quibus duplex est versio vnius vocabuli hebr.
נחלמה.
- HOS. III, 1. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$, *ama.* E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *et ama.* Lxx. *καὶ ἀγάπησον.*
- III, 6. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *et reiiciam te.* E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *et ego*
reiiciam te. Lxx. *καὶ γὰρ ἔγωγε.* MS. Al.
- V, 1. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *et rete.* E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$. Lxx. *καὶ ὡς*
δικτύον.
- XI, 3. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *et excepi eos.* E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *et excepi*
eum. Lxx. *ἀνέλαβον αὐτόν.*
- XII, 2. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *perpigerunt.* E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *perpigit.* Lxx. *διέθετο.*
ibid. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *deportarunt.* E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$. Lxx. *ἀποδώσει.*
- XIII, 9. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$. omittit EPH. cum Lxx. fec. MS. Vat.
- AMOS. III, 8. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *rugiuit.* E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *rugiet.* Lxx. *ἐρεύξεται.*
- VIII, 1. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ omittit EPH. cum Lxx. fec. MS. Al.
- VIII, 8. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *in regnum.* E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *super*
regnum. Lxx. *ἐπὶ τὴν βασιλείαν.*
- MICH. V, 4. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *ut sit super Israel.* EPH.
 $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$ $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *ut sit princeps super Israel.* Lxx.
τὸ εἶναι εἰς ἄρχοντα τὸ Ἰσραήλ ἢ ἐν τῷ Ἰσραήλ, ut est
in MS. Al. — 4. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$ *dei sui.* E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$, sic et in
scholio. Lxx. *θεῶν αὐτῶν.* ib. P. $\text{---}\dot{\text{ו}}$. E. $\text{---}\dot{\text{ו}}$,
et

et ad priora trahitur: *et in gloria nominis Dei sui conuertentur gentes a cultu idolorum.* Sic Lxx.

- MICH. VI, 8. P. יְהוָה אֱלֹהֵינוּ . E. יְהוָה אֱלֹהֵינוּ . Lxx. κυρίῳ θεῷ σα.
 — VII, 6. P. יְהוָה . E. omittit cum Lxx.
 SACHAR. III, 1. P. $\text{וַיֹּסֶף יְהוָה אֵלַי וַיֹּמַר אֵלַי יְהוָה}$. E. $\text{וַיֹּסֶף יְהוָה אֵלַי וַיֹּמַר אֵלַי יְהוָה}$.
 Lxx. καὶ ἔδειξέ μοι κύριος. — 9. P. יְהוָה . EPH. omittit cum Lxx. ib. P. *coram Iesu*, EPH. *coram facie Iesu.* addit cum Lxx. *facie.*
 — VIII, 20. P. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$. E. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$. Lxx. λαοὶ πολλοί.
 — XII, 12. P. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$ *seorsim.* EPH. omittit cum Lxx.
 — XIII, 13. P. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$ *et apprehendent.* E. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$ *et apprehendet.* Lxx. *sec. MS. Al.*
 MALACH. III, 2. P. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$. E. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$. Lxx. ὑπομενεῖ.

§. III.

Notum est, Versionem Arabicam e graeca των Lxx. in plerisque libris profectam esse. Quam igitur a partibus των Lxx. stare, per se apparet. Reperiuntur vero in τοις Lxx. lectiones, quas Arabs non expressit; et Arabs quasdam habet, quarum vestigia in τοις Lxx. non reperiuntur. ΕΡΗΡΑΕΜΥΜ igitur mox της Lxx. solos, mox Arabem, ubi cum Lxx. non consentiat, sequi, animaduertimus. Exempla, in quibus cum Lxx. solis conuenit ΕΡΗΡΑΕΜΥΣ, iam proferamus.

- IES. I, 9. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$ *semen superstes.* Lxx. ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα.
 — VI, 2. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$ *et duabus.* Lxx. καὶ ταῖς μὲν δυοί.
 — XIV, 19. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$ *tu vero.* Lxx. σὺ δέ.
 — XVIII, 7. P. $\text{וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְלְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל}$ *et ad ostium fluminis et omne quod seritur ad ripam fluminis.*

- minis.* E. וְכָל־הַיָּדְוָה וְכָל־הַיָּדְוָה וְכָל־הַיָּדְוָה *et omne quod feritur ad flumen.* Lxx. $\text{καὶ πᾶν τὸ σπειρόμενον διὰ τῶν ποταμῶν.}$
- IES. XXIV, 20. post *agitabitur* addit E. *terra*, vt Lxx. in Cod. Vat.
- XXXXI, 25. omittit copulam in וְיָבֹאוּ *et venient* cum Lxx.
- HOS. XIII, 9. וְיָבֹאוּ omittit EPHR. cum Lxx. sec. MS. Vat.
- OBAD. V. 4. P. וְיָבֹאוּ *et si.* E. o. Lxx. sec. MS. Alex. καί.
- MICH. I, 3. P. וְיָבֹאוּ . EPH. omittit, vt Lxx. in MS. Al.
- SACHAR. XIII, 6. P. וְיָבֹאוּ וְיָבֹאוּ וְיָבֹאוּ *quid sunt ista vulnera.* E. וְיָבֹאוּ וְיָבֹאוּ וְיָבֹאוּ *quem ordinem feruant* Lxx. $\text{τί αἱ πληγαὶ αὐτῶν.}$
- MAL. III, 1. P. וְיָבֹאוּ prius. E. omittit cum Lxx.
- III, 3. P. וְיָבֹאוּ *vestigium.* E. omittit cum Lxx.
- DEVT. XXXII, 25. P. וְיָבֹאוּ *gladius.* E. וְיָבֹאוּ וְיָבֹאוּ . Sic Lxx. αὐτὸς μάχαιρα.
- I SAM. II, 1. P. וְיָבֹאוּ . E. וְיָבֹאוּ וְיָבֹאוּ , *cornu meum in Deo meo.* Lxx. ἐν θεῷ μου.

Exempla cum *Arabe solo.*

- IES. I, 30. וְיָבֹאוּ pro וְיָבֹאוּ sic Ar.
- III, 1. abest *propterea.* Ar.
- VII, 4. וְיָבֹאוּ וְיָבֹאוּ *et cor tuum non stupebit,* transposita sunt, vt in Ar. — 19. וְיָבֹאוּ omittit cum Ar.
- XIII, 16. וְיָבֹאוּ וְיָבֹאוּ *et mulieres eorum stuprabuntur* transposita sunt, vt in Ar.
- XVI, 3. P. וְיָבֹאוּ *umbram tuam.* E. וְיָבֹאוּ *umbræ.* Ar. qui tamen in reliquo versu admodum recedit.
- XXIII, 23. prius o abest, vt in Ar.
- XXVI, 2. וְיָבֹאוּ *vt ingrediatur,* cum Ar.
- XXVII, II. וְיָבֹאוּ *populus hic,* sic Ar. habet *hic.*
- XXXXII, II. וְיָבֹאוּ *et laudabunt,* copulam habet cum Ar.

Hos.

- Hos. XII, II. P. Δ אֲנִי־מַלְאָכִים $\text{לְבָרְיִי־בְּיָמַי}$ *visiones meas multiplicavi. E.*
 $\text{לְבָרְיִי־בְּיָמַי}$ Δ אֲנִי־מַלְאָכִים *multiplicavi visionem. Ar.* sic collocat ver-
 ba et singularem habet.
- Amos. III, 13. P. יְסֻלֵּלֵן־הֵן . E. omittit cum Arab.
- VI, 2. P. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$ E. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$. Sic Ar.
- VIII, 13. P. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$. E. omittit cum Ar.
- Obad. 7. P. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$. E. omittit cum Ar.
- Mich. I, 9. P. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$ *portam eius. E. וְהָיָה־לְכָל־הָעָם* *portas*
eius. Sic Ar.
- Sachar. III, I. P. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$. E. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$. Sic Ar.
- VI, 8. P. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$. E. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$. Sic Ar.
- XIII, 2. P. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$ *et facinae stuprabitur. E.*
 $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$ *et stuprabitur faeminae. Sic Ar.*
- 2 Sam. XXIII, 4. P. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$. E. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$ *et sicut pluuia.*
 Sic Ar. utraque lectio in Lxx. coniuncta: $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$.
- Hesek. XVI, 13. P. $\text{וְהָיָה־לְכָל־הָעָם}$ *et ornata fuisti. E. וְהָיָה־לְכָל־הָעָם*
et ornaui te. Sic Ar.

§. III.

Ex quibus sequeretur, primum, ut versio illa, quam EPHRAEM habet, a graeca $\tau\omega\nu$ Lxx. versione trahat originem; deinde ut meliori, quam nunc habemus, usus fuerit exemplari, atque hodiernus $\tau\omega\nu$ Lxx. textus in iis locis, in quibus EPHRAEM cum versione Arabica solus conueniat, emendandus sit, quum verior $\tau\omega\nu$ Lxx. lectio in ea certo lateat. Enim vero si EPHRAEM codice Syriaco usus fuisset, qui vel e fonte graeco totus haustus, ut fuerunt versiones syriacae e graeca $\tau\omega\nu$ Lxx. translatione factae, quamuis tales iam EPHRAEMI aetate adfuisse certo et indubitato argumento probari non possit; vel qui secundum graecum contextum correctus siue verius corruptus fuisset: duplici potissimum difficul-

B

tate

tate hanc sententiam premi videmus. Altera est haec: ΕΡΗΡΑΕΜΥΜ *Iaunoio* siue *graecum interpretem*, qui verba aliter transtulerit, commemorare; altera vero: ΕΡΗΡΑΕΜΥΜ cum contextis hebraicis contra versionem τῶν Lxx. multis in locis consentire. Vtrumque paullo vberius pertractare nobis liceat.

§. V.

Primo igitur *Iaunoio* illum, cuius mentio, quamuis raro, fit, producamus, quem si τῆς Lxx. esse intellexerimus, clarum est, ΕΡΗΡΑΕΜΥΜ eos ad manus habuisse. Quod si quis concedere nolit, contendere debet, *Iaunoio* illum esse versionem syriacam e graeca factam. Quum vero *Hebraicum* laudat, quod aliquando fit, sequeretur, vt ille necessario sit versio syriaca ex hebraico fonte adornata, quod serio affirmabit nemo. Itaque quum par sit ratio, *Iaunoio* debet esse graecus τῶν Lxx. textus, non versio syriaca e graeca facta. Si enim codex graecus ab eo adhibitus non est, non videmus, quo tandem modo eum laudare potuerit. Num forte ex commentariis aliorum Syrorum, qui e graecis hauserant? At ΕΡΗΡΑΕΜΥΜ primus inter Syros conscripsit in Volumina sacra commentarios. An ipse e graecis commentatoribus hausit? Quod si concedatur, eo ipso graeca intellexisse conceditur. Atqui si graecos commentatores adire ei licuit, quidni τῆς Lxx., quorum exempla multo plura, quam graecorum commentatorum, habebantur? Si riuos deriuatos per dispendium adeundos gustare potuit, quum ei e fonte ipso facilius accessibili haurire liceret, quidni statuamus, eum ipsum fontem adiuisse? Sed quid multa? Exempla ipsa in lucem proferamus, quibus quisque, quid affirmandum sit, dignoscere poterit.

Tom. I. p. 116. F. GEN. I, 2. ad verba: לֹא־יָשַׁן אֲדָמָה וְאֵינָהּ אֲדָמָה
 תְּהִי אֲדָמָה וְאֵינָהּ אֲדָמָה, quae interpretatur ΕΡΗΡΑΕΜΥΜ:
deserta et vacua, addit: אֲדָמָה וְאֵינָהּ אֲדָמָה וְאֵינָהּ אֲדָמָה
 אֲדָמָה וְאֵינָהּ אֲדָמָה וְאֵינָהּ אֲדָמָה וְאֵינָהּ אֲדָמָה וְאֵינָהּ אֲדָמָה
 in

in alio vero codice dicitur: terra erat inuisibilis et incompressa.
 Alius hic Codex sunt of Lxx., in quibus sic translata sunt verba hebraica: ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀπαρασκευάστος. Reliqui graeci interpretes habent: A. ἡ δὲ γῆ ἦν κένωμα καὶ ἔθεν. Symm. ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον. Theod. κενὸν καὶ ἔθεν. ἄλλος· ἔθεν καὶ ἔθεν. Possset hic locus dubius videri, quia Graecum interpretem non nominat. Sed certitudinem nanciscitur ex sequentibus locis, in quibus *Iaunoio* expresse laudatur.

Iaunoio illum laudatum reperimus ad I REG G. XIII, 3. יִצְחָקוֹ, יִצְחָקוֹ; וְכִי יִצְחָקוֹ עֲלֵי וְיִצְחָקוֹ et *fructus aridos, hos nominat Graecus uuas.* Est hic versus ex viginti huius capituli, qui asterisco notantur (vtor verbis Breitingeri in praef. ad Tom. II. §. 67.), quos textus Origenis non habuit, sed additi sunt ex Theodotione. Hos Alexandrinus Codex quidem habet; non habet Romanus. Igitur in Alex. Cod. munuscula illa, quae coniux Ierobeami secum portabat, nominari videmus ἄρτας, καὶ κολλυρίδα τοῖς τέκνοις αὐτῆ καὶ σαφίδα καὶ σάμνον μέλιτος, quae apud Montefalconium aliter sonant: Ἐξαπλ. κολλύρια et ὁ ἄλλως· κολλύρια τ. τ. ἄ. καὶ σαφυλήν κ. 5. μ. quae v. 4. sic repetuntur: ἄ. κ. δύο κολλύρια κ. σαφυλήν κ. 5. μ. et v. 6. ἄ. κ. σαφυλήν καὶ κολλ. καὶ σάμνον μέλιτος, quae verba ter in Cod. Vatic. post v. 24. Cap. XII. eodem modo leguntur. Alienum foret obseruasse, ηϣυ apud Lxx. abesse et verba και κολλυρια s. δυο κολλ. in hebr. Textu non haberi et esse alius Interpretis voc. יִצְחָקוֹ, et τοῖς τέκνοις αὐτῆ glossema redolere. Monuisse sufficiat, ΕΡΗΡΑΕΜΥΜ Τὸς Lxx. citare, quemadmodum in Cod. Al. habentur, nempe σαφίδα. Ios. VIII, 5. 12. יִצְחָקוֹ Graeci interpr. aliter verterunt: Lxx. ἐυρωτιῶν, (quod in ed. Complutensi abest, et AND. MASIVS delet,) καὶ βεβρωμένος. Aq. ἐψαδυρωμένος. Symm. καπυρός. Theod. βεβρωμένοι.

AMOS. VI, 1. יִצְחָקוֹ יִצְחָקוֹ יִצְחָקוֹ, qui *dissipant principes populorum*, quae verba ipse ΕΡΗΡΑΕΜΥΣ habet. Sed ea in
 B 2 Graeco



Graeco et in Hebraeo aliter legi subdit: *אֲפֵטְרוּגְהִישָׁן אֲרַחָס עֲדֻנָּיִם* *graecus quidam vertit: qui vindemiant primitias populorum.* Quae versio est τῶν Lxx. ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐδνῶν. Sollicitatur lectio τῶν Lxx. ἀπετρύγησαν a viris doctis, v. c. a DRVSIO, non sine caussa. Nam primo versio Arabica h. l. habet *أَقْتَطُوا* perforarunt, quod est ἀπετρύπησαν et hebraico נקב accurate respondet. Deinde verbum נקב ab ipsis τοις Lxx. per τρυπᾶν versum est, IOB. XL, 21. τρυπήσεις. HEBR. נקב, et a Symm. IOB. XL, 19. נקב תרופה יהי עמך. Hagg. I, 6. נקב Lxx. τρυπήμενον. Videtur igitur sic scribendum atque γ in π mutandum esse, quae menda iam antiquissimis temporibus irrepsit, vt ex EPHRAEMO et Iustino Martyre apparet, apud quem duae versiones in vnam contractae sunt. Legit enim sic: *ὠνομασμένοι ἐπὶ τοῖς ἀρχηγοῖς ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐδνῶν.* Priora verba Aquilae esse videntur, quem ille laudare solet. Etsi vitium in τοις Lxx. iam inueteratum est, nihil tamen impedit, quo minus illud corrigendum censeamus, quod propter maximam vtriusque vocis similitudinem facile committi poterat, quia litterae vnciales Γ et Π eandem fere formam habent: Γ, Π. Confer vtramque vocem vncialibus litteris scriptam: ΑΓΕΤΡΥΓΗCΑΝ et ΑΠΕΤΡΥΠΗCΑΝ. Auctori vero Anonymo in Repertorio Orient. et bibl. Litt. Tom. VI. p. 243. placet ἀπετρύγησαν magis, quam ἀπετρύπησαν, quod tamen sensum fundit optimum. — De Hebraeo, quem EPHRAEM h. l. laudat, vide infra.

SACHAR. III, 9. IO. *אֲפֵטְרוּגְהִישָׁן אֲרַחָס עֲדֻנָּיִם* *Et ecce aperiam portas eius, ait Dominus omnipotens, et attrectabo* (quod in Peshito non legitur) *et tollam ei iniquitatem terrae illius die isto; et vocabunt* (Peshito vocabitis) *vir* (Peshito homo) *fratrem suum* (Peshito socium suum) *subter ficum et subter vitem* (P. subter vitem et subter ficum). Quibus explicatis addit EPHRAEM in

in scholio: $\text{וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ}$
 $\text{וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ}$
 $\text{וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ וְאֵלֶּיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ}$
In alia traditione h. e. versione sic scriptum est: ecce fodio ego foueam,
ait Dominus omnipotens, et attredabo omnem iniquitatem terrae illius die
vno; die illo, ait Dominus exercituum, vocabitis homo socium suum
subter ficum et subter vitem. Consentit haec versio cum τοῖς Lxx.
ἰδὲ ἐγὼ ὀρύσσω (ed. Complut. ὀρύσσω, Cyrill. ὀρύξω.) βόθρον,
λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ ψηλαφήσω πᾶσαν τὴν ἀδι-
κίαν τῆς γῆς ἐκείνης (deest. ἐκείνης in ed. Ald.) ἐν ἡμέρᾳ μία·
ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος παντοκράτωρ, συγκα-
λέσετε (ed. Compl. et Theodoret. συγκαλέσεται, et Hieron. voca-
bit.) ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ὑποκάτω ἀμπέλου (Cod. Barber.
addit αὐτοῦ) καὶ ὑποκάτω συκῆς (Cyr. addit αὐτοῦ). Versio illa
alia ab ΕΡΗΡΑΕΜΟ laudata, aut ipsa est septuagintauiialis, aut sy-
riaca ex τοῖς Lxx. adornata. Quum vero nullis adhuc argumentis
certis vel saltem verisimilibus probari potuerit, aetate ΕΡΗΡΑΕΜΙ
versiones graeco-Syriacas iam existisse; nobis, si versionem illam
aliam ipsam septuagintauirolem esse contendamus, persuasum habe-
mus esse, qui nos vituperet, neminem. Discrepant quidem inter
se hae versiones, quod ad vltima verba attinet; sed quum repetan-
tur ab ΕΡΗΡΑΕΜΟ, sic collocantur: subter vitem et ficum, omisso
altero Δ. Adscripsimus verba hebraica, ne quis versionem
illam inde fluxisse autumet: הֲנִי מַפְתַּח פְּתָחַ נְאֻם יְהוָה עֲבָדוֹת וּמִשְׁתִּי
אֶת-עוֹן הָאָרֶץ הָיָא בְיוֹם אֶחָד: בְּיוֹם הַהוּא נְאֻם יְהוָה עֲבָדוֹת תִּקְרָאוּ
אִישׁ-לְרֵעֵהוּ (לרעהו) (73 Codd. ap. KENNIC. legunt תַּחַת גִּפְּן
: וְאֵל-תַּחַת תִּקְרָאוּ). Ad reliquorum graecorum interpretum transla-
tionem quod attinet, e versu 9. haec tantum leguntur: Aq. δια-
γλύψω ἀνοίγματα αὐτῆς. (MS. Barber. in Marg. habet: ἀ. δια-
γλύψω ἀνύγματα, pro quo lege ἀνοίγματα, αὐτῆς.) Symm. γλύ-
ψω γὰρ τὴν γλυψὴν αὐτῆς. Theod. διαγλύψω τὴν γλυψὴν
αὐτῆς.

αὐτῶ, qui omnes vocabulum פתח sic interpretantur, vt η pro pronomine tertiae personae habeant. Lxx. vero et *Arabs* et *Ephr.* qui τῶς Lxx. laudat, vt nomen cum terminatione Gen. Faem. acceperunt פתח־י. פתח־י. Sequitur ex his, vt ΕΡΗΡΑΕΜ h. l. sub versione alia eundem intellectum velit, quem alibi τὸν *Iaumoio* vocare solet.

SACHAR. XI, 15. ad verba פֹּדֵלִים לְיָדָיו; *pastoris stolidi* obseruat ΕΡΗΡΑΕΜ: פֹּדֵלִים לְיָדָיו לְיָדָיו לְיָדָיו פֹּדֵלִים לְיָדָיו *pastor stolidus*. Graecus vero ait: *pastor non expertus*. Sic οἱ Lxx. ποιμένος ἀπείρου, quod ΕΡΗΡΑΕΜ in Scholio repetiit. Aq. Symm. Theod. ἄφρονος. Apparet et h. l. τὸν *Iaumoio* neminem alium, quam τῶς Lxx. esse.

§. VI.

Duo restant loca, nempe ΕΖΕΧ. VII, 17. et ΙΟΝ. III, 4. quae in censum veniant; sed vltimo loco posuimus, quia aliquo modo impedita sunt. Laborat enim ΕΖΕΧ. VII, 17. vitio aperto siue ΕΡΗΡΑΕΜΙ, siue librariorum. Verba enim sic se habent: וְכָל־בְּרָכִים תִּלְכָּנָה מִיָּם *et omnia genua fundent aquas*. Quibus haec subiunguntur: וְכָל־בְּרָכִים תִּלְכָּנָה מִיָּם וְכָל־בְּרָכִים תִּלְכָּנָה מִיָּם, *Hebraeus vero ait: et omnia femora polluentur humore*. Atqui sic non leguntur in fonte hebraico, quippe qui habet: וְכָל־בְּרָכִים תִּלְכָּנָה מִיָּם. Quae vero Hebraeo tribuuntur, sunt τοῖς Lxx., in quibus verbum verbo respondet: καὶ πάντες μῆραι μολυνθήσονται ὑγρασία. Scribere igitur voluit *Ephraem* siue eius librarius לְיָדָיו pro לְיָדָיו; qua quidem emendatione admissa hic quoque locus ad nostram rem facit. In opere Hexaplari laudatur ad h. l. ὁ ἑβραῖος, additis verbis: παραλυθήσονται ὡς ὕδωρ, quae ipsa cum ΕΡΗΡΑΕΜΟ non conspirant.

Alter locus est ΙΟΝ. III, 4. ad quem *Iaumoio* laudatur, qui in Operibus ΕΡΗΡΑΕΜΙ non reperitur; sed in ASSEMANI Bibliotheca orientali Tom. I. p. 70 et Tom. III. p. 76 not. legitur. Repetiit

Repetiit hunc locum Ill. EICHHORN in der *Einleitung zum A. T. Part. I.* §. 273. p. 483. Locus ipse est: *לְעֹשֶׁת יָמִים יִבְנוּ אֶת-בְּנֵי-נִינְוֵה* in Graeco vero dictum est: *adhuc tres dies, Niniue euertetur.* Sic fere Lxx.: *ἔτι τρεῖς ἡμέραι καὶ Νινευὴ κατασραφήσεται.*

§. VII.

Nulli igitur dubitationi exposita videtur sententia, qua *Iaunoio* illum apud EPHRAEMVM Lxx. esse interpretes statuitur. Quum EICHHORNII, Viri Ill. disputatio de *Iaunoio* nimia laboret breuitate lectoresque dubios relinquat, quia ei Opera EPHRAEMI Syriaca, ex quibus fragmenta τῶν *Iaunoio* posset colligere, ad manus non fuerunt, et quaestiones quasdam, ad quas respondere ipse non valebat, excitet; quumque nos fragmenta illa omnia, nisi quid attentionem effugerit, collegerimus: ad quaestiones a Viro illo doctissimo propositas respondemus. 1.) quaeritur in der *Einleitung ins A. T. P. I.* §. 273. p. 483. *wo hat Ephraem Syrus, der doch des Griechischen unkundig gewesen seyn soll, die Lesarten des Iaunoio her?*

Dubie Vir ille doctissimus profert verba: *der doch des Griechischen unkundig gewesen seyn soll*; et quum sit naris emunctae, suboluit quid falsi. Nos vero affirmare possumus, EPHR. graecam linguam calluisse; quin immo praeceptorem nominamus BASILIVM Magnum, Caesareensem Episcopum. Est locus quidam in Actis *Ephraemi* syriacis, Tom. III. opp. EPHRAEMI praefixis, admodum illustris, quo haec edocemur, pag. XLVII. Narratur in antecedentibus, *Ephraemum* Caesaream Cappadociae venisse Basiliumque de suggestu sacro verba facientem audiuisse, eique bis plausum edidisse, quamuis graeca non intelligeret; Basilium vero, diuino spiritu indice, de EPHRAEMO notitiam nactum, quem per Archidiaconum ad se inuitaret. *Ephraem*, graecae linguae ignarus, per interpretem cum illo loquens recusat inuitationem, quam Basilus repetit, misso

missio eodem Archidiacono, quem illum nomine EPHRAEM appellan-
 dum iubet. Accedit Ephraem, salutationibus peractis et sacra coena
 distributa, variis sermonibus, sed per interpretem, ambo se delectant.
 Tunc inter alia Basilius interrogat: cur graecae linguae ignarus mihi
 ad populum verba habenti applausum praebuisti? Cui, diuino spiritui
 applaudebam, respondet. Post alia sequitur locus, ad rem nostram
 pertinens: Basilius, quum EPHRAEMO, quem ad dignitatem diaconi
 recipiendam excitauerat, manum imponeret, recitata ordinationis for-
 mula, Syriace eum compellabat, Graece vero respondebat EPHRAEM.
*Et datum est donum linguae graecae Ephraemo, precibus archiepiscopi
 Basili, quemadmodum id ab eo rogauerat omni modestia; et vicissim data
 est beneficentia doni Basilio, ut loqueretur Syriace, precibus Sancti
 Ephraemi.* Quae conueniunt cum iis, quae in Menologio sub die
 28. Ianuarii apud Armenos leguntur: *Quum aliquando S. Basili ex-
 cellentiam ex oblata sublimis columnae specie didicisset, Caesaream pro-
 fectus est et Basiliu conuenit; eoque orante Graeca sonare verba diui-
 nitus edoctus est.* Quamquam inferta sunt illa Acta historiolis mirabi-
 libus et fabulosissimis sic, ut ex iis quicquam vix probari possit: tamen
 aliquid veri in istis monstrosis fabulis latere videtur, quod si eruatur,
 hoc inde disci potest et, reiectis laciniis adscitiis, verum vide-
 tur, EPHRAEMVM nempe familiaritate et consuetudine Basili grae-
 cam linguam, Basiliu vero Syriacam, didicisse. Quod si concedatur,
 nec video, cur negetur, firmum est, id quod supra posuimus, Ba-
 siliu fuisse EPHRAEMO praeceptorem linguae graecae. Antequam
 enim Basiliu conuenisset, graecam linguam non callebat, ut ex hoc
 loco apparet et ex alio, quem in iisdem Actis p. XXXIX. legimus:
*Ephraemus, quum in Aegyptum nauigaturus esset, sociu itineris sibi ad-
 sciuit interpretem graecae linguae.* Sic igitur certum est id, de quo du-
 bitarunt viri docti, EPHRAEMVM nempe non fuisse graecae linguae
 ignarum. Quare ad illa responderi poterit, vnde in EPHRAEMO illa
 graeci interpretis fragmenta sint profecta, nempe ex ipsa graeca ver-
 sione των Lxx., quia ad hunc fontem via ei patebat.

Altera



Altera quaestio haec est: *aus einer vollständigen syrischen Uebersetzung des A. T. aus dem Griechischen?* — At incertum est, vllane graeco - syriaca versio iam extiterit EPHRAEMI aetate, nec ne: quum post eius tempora tandem versiones e graeca τῶν Lxx. Syriacae factae sint, vt ex ipsa illarum versionum notitia, quam in Introductione P. I. p. 459-481. dedit Illustr. EICHHORN, apparet.

Tertia denique: *oder aus andern syrischen Kirchenvätern, die zuweilen Lesarten der 70. Dolmetscher ins Syrische übersetzt in ihren Werken anführten?* — At EPHRAEMVS, cuius aetate inter Syros commentarii in S. Sc. nulli exstabant, primus esse videtur, qui sacrum codicem vna serie explicuerit, quo labore tantam inter suos nactus est auctoritatem, vt prophetam ipsis diuinitus concessum crederent Syri, et ipse Syrorum propheta cognominaretur. Sic eum vocat auctor Saec. XIII. *Hebed-Iesu*, metropolita Sobensis, in catalogo scriptorum Syrorum, n. 51. Si ante EPHRAEMI aetatem commentatores inter Syros iam floruisent, cur senex quidam Monachus, qui Nostro vitam monasticam suaserat, eum adeo admiratus est? Quum in eiusmodi curas incumberet EPHRAEM (sunt verba ex Actis Syr. S. EPHR. p. XXXV.), senex ille, qui aliquando ad eum visendum profectus repererat ipsum scribentem commentarios in libros Mosis; (scripserat autem expositionem in Genesin eaque absoluta Exodum explicare coeperat,) his accurate perlectis statim vehementer suspexit et reueritus est opes diuinae gratiae et eximios sapientiae caelestis thesauros a Domino in B. EPHRAEMVM effusos, lucubrationesque EPHRAEMI optimatibus vrbis Edessae et doctoribus exhibuit, a quibus deinde egregia eruditio et doctrina Scriptoris laudabatur. Cur Edesseni ad EPHRAEMI speluncam confluerunt, si tale quid iam antea vidissent? Verum vt rei nouitas stuporem admirationemque excitat, ita et hoc in Nostrum pro temporis ratione cadit. Ex quibus omnibus hoc saltem sequitur, vt veri simillimum sit, nullos ante EPHRAEMVM inter Syros fuisse commentatores, quorum scripta

C

EPHRAEM

EPHRAEM excerpere potuerit. Obiici quidem possit, eum aliorum interpretum sententias proferre, vnde concludere liceat, inter Syros iam fuisse repertos commentatores, quod eo magis sit concedendum, quo minus laudatae illae sententiae in graecis interpretibus legantur. Quamquam ingenue fatemur, nos curiose quidem, sed frustra, interpretationes ab EPHRAEMO citatas quaesivisse; nimium tamen concluderetur, si quis Syriacorum commentatorum sententias esse contenderet, quae possunt esse haustae vel ex ore aliorum, vel ex doctorum Iudaicorum scriptis, quae ad manus non habemus, et aliis, quibus copia illorum librorum est et tempus et animus eos evoluendi, indaganda relinquimus.

§. VIII.

Summa igitur eorum, quae hucusque disputauimus, haec est: EPHRAEMVM graecam linguam calluisse, nec aliunde fragmenta illius *Iaunoio* petivisse, quam e των Lxx. versione. Caeterum EICHORNIVM, summae eruditionis virum, non putamus, in malam partem accepturum, quod nos ad quaestiones ab ipso propositas respondimus. Nihil enim certi, ut ipse fatetur, proferre potuit operibus EPHRAEMI Syriacis destitutus: quem, si copia ei fuisset hos libros adeundi, pro amplissimis eruditionis copiis, multo accuratius, quam nos pro virium nostrarum tenuitate valemus, de hac re disputaturum fuisse, nobis est persuasissimum.

§. IX.

Sed redeundum est ad id, cuius causa fragmenta τῶν *Iaunoio* produximus. Quum EPHRAEMVS eum laudet eiusque diuersas lectiones notet interpretationesque; sequitur, ut neque versionem graeco-syriacam, neque versionem syriacam e graeca interpolatam habuerit, quia alias graecum interpretem commemorare non potuerit, sed ut ipsa sit Peschito, quam commentariis illustret; aliunde vero insignis
hic

hic EPHRAEMIANI textus cum τοις Lxx. consensus sit deriuandus.
Ex quo fonte, infra inuestigabimus.

§. X.

Altera, quam mouebamus, dubitatio haec erat: EPHRAE-
MVM cum textu hebraico consentire contra Lxx. En Exempla!

- Ies. V, 8. P. וְיָבִיאוּכֶם *ut uniatis*. E. וְיָבִיאוּכֶם *ut uniant*. Hebr. יקריבו.
- VII, 19. P. לֹא־יָדָע *Iathuth*. E. לֹא־יָדָע . H. הַבְּתוּחַ, quod EPHR. pro nomine proprio habuit.
- VIII, 3. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. קָשׁ. — 17. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה *in doctrina mea exspectabo*. E. וְאֵינִי מְצַוֶּה *ego vero exspectabo*. Hebr. וְחִבֵּיתִי.
- VIII, 3. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. וְאֵינִי מְצַוֶּה. — 6. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. הַמְשֵׁרָה.
- X, 9. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. בָּלֵנוּ. — 27. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה *inuencas*. E. וְאֵינִי מְצַוֶּה *oleum*. H. שֶׁמֶן. — 28. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. בְּמִגְרוֹן. — 31. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. מְדַמְנָה.
- XVII, 2. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. עֲרֵעַר.
- XXII, 3. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה *arcu ligati sunt*. E. וְאֵינִי מְצַוֶּה *arcu ligati sunt, qui in te inuenti sunt*. H. מִקְשָׁח אֶסְרוּ כֹל-נִמְצְאוּ. H. non habet EPHRAEM.
- XXIII, 1. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . EPHR. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. sine copula מְאָרֵץ. — 2. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה *file habitator*. E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. מְלֵאוּךְ. — 3. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. מְלֵאוּךְ.
- XXV, 7. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. פָּנִי.
- XXVI, 19. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. הַקִּיצוּ.
- XXVIII, 29. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. גַּם.
- XXX, 11. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. סוּרוּ. — 16. P. וְאֵינִי מְצַוֶּה . E. וְאֵינִי מְצַוֶּה . H. לֹא-כִי עַל-סוּם.

- IES. XXXI, 8. vid. infra.
- XXXVIII, II. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. ער.
- XXXX, 17. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. כל.
- XXXXI, 15. P. וְלֹא־יָבִין *sicut plaustrum*. E. וְלֹא־יָבִין . H.
 למורג הרוע. — 24. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H.
 הן - אהם מאין.
- XXXXIII, 3. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. מצרים. — 4. P.
 מאשר יקרה. E. וְלֹא־יָבִין . H. וְלֹא־יָבִין .
- HOS. I, 8. P. וְלֹא־יָבִין . E. omittit cum Hebr.
- X, 15. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. עשה.
- IOEL. III, 2. (hebr. III.) P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. עמוק.
- AMOS. II, 1. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. על-שרפו.
- MICH. I, 8. P. וְלֹא־יָבִין וְלֹא־יָבִין וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין .
 אספרה ואיליה אילכה. H. וְלֹא־יָבִין .
- V, 7. P. וְלֹא־יָבִין . E. abest, vt in H. — 8. P. וְלֹא־יָבִין .
 עבר. H. וְלֹא־יָבִין וְלֹא־יָבִין וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין וְלֹא־יָבִין וְלֹא־יָבִין .
 ורמס וטרר.
- VI, 13. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. וגם.
- SACHAR. VIII, 2. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. וגם. — II. P. וְלֹא־יָבִין .
 E. וְלֹא־יָבִין . H. גם. — 15. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. בנותיה.
- X, 10. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. ולבנון.
- XII, 2. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין . H. וגם. — 8. P. וְלֹא־יָבִין . E. וְלֹא־יָבִין .
 Hebr. גם.

§. XI.

Quum textus EPHRAEMI biblicus partim cum τοις Lxx. et Arabe consentiat, partim vero textum hebraeum sequatur, quod non solum in hoc vel illo libro, sed etiam in singulis fere capitibus factum esse vidimus: dictu admodum difficile videtur, quid tandem porro de textu EPHRAEMI biblico sit statuendum. Nam vt nunc eum legi-

legimus, non est pura *Peschito*, sed versione $\tau\omega\nu$ Lxx. contaminata, nec *Figurata*, quae ex $\tau\omicron\iota\varsigma$ Lxx. originem traxit; concordat enim cum textu hebraico contra $\tau\delta\varsigma$ Lxx. Facili quidem negotio nodum solvere possemus, si EPHRAEMVS modum nobis explicuisset, quo textus, quem commentariis praefixit, hanc formam nactus fuerit; quum vero altum de hoc sit silentium, nihil nobis relinquitur, quam ut coniecturis indulgeamus atque sic, si fieri possit, indagemus, quae sententia, qua consensus EPHRAEMI cum $\tau\omicron\iota\varsigma$ Lxx. contra textum Hebraeum, et consensus cum Hebr. textu contra $\tau\delta\varsigma$ Lxx. explicetur, ad veri similitudinem propius accedat. De quo utroque consensu nobis duplex orta est coniectura. Altera haec est: Aut EPHRAEMVS egit cum textu Syriaco, ut cum latino HIERONYMVS v. c. in Ecclesiaste. Qui quum commentarium in *Ecclesiasten* conscribere vellet, ad manus habuit fontem hebraicum, $\tau\delta\varsigma$ Lxx., caeterorumque graecorum interpretum versiones et Latinam veterem, quam Italiam vocare solent. Quibus subsidiis instructus nouam excudit latinam, quam ex hebraico factam iactabat. Atqui quod licuit HIERONYMO, EPHRAEMO etiam licuit; quum enim in commentariis conscribendis $\tau\eta\nu$ *Peschito*, textum hebraicum et versionem $\tau\omega\nu$ Lxx. in auxilium vocaret, fieri potest, ut ex iis textum commentariis suis praefixum composuerit. Aut, quae est altera coniectura, fragmenta EPHRAEMIANA ipsa sunt *Peschito*, quae vero secundum $\tau\delta\varsigma$ Lxx. siue, quod eodem redit, secundum versionem Syriacam e $\tau\omicron\iota\varsigma$ Lxx. translata, post EPHRAEMI tempora insigniter mutata est.

§. XII.

At ne quis contra priorem coniecturam moueat dubitationem, an EPHRAEMVS linguam graecam et hebraicam calluerit, an copia inspiciendi fuerit codices vel graecos $\tau\omega\nu$ Lxx. vel fontis hebraici: vtrumque exemplis probabimus. Ad graecam quidem linguam quod attinet, videant lectores ea, quae supra de *Iamnio* disputata

cem ut nomen proprium intellexerunt. Lxx. et *Theodot.* τὸν Ἰαμεῖμ. Aq. σὺν τῆς Ἰαμεῖμ sive Ἐμίμ, quod praefert Scharfenberg in *Animadv. Spec. I.* p. 35. et quod Vallarsius ad Hieronymi Qu aest. in *Genes.* p. 362 restituit, qui et Symm. Ἐμίμ e. Codd. MSS. vindicavit. In Catena NICEPH. συντρυμιεῖν, male! Symm. τῆς Ἰαμεῖμ, et alia nota Hexaplaris: σύρος λέγει πηγὴν αὐτὸν εὐρηκέναι. *Diodorus*, observante FLAMINIO NOBILIO, monet: ὁ σύρος καὶ ὁ ἑβραῖος τὸν Ἰαμεῖμ ὕδωρ βέλοντα λέγειν, ἀντὶ τῆς, εὐρε πηγὴν ἐν ἐρήμῳ· οἱ δὲ ἐρμηνεύσαντες αὐτὴν πωστὴν λέξιν τὴν ἑβραϊκὴν τεθείκασι, quae apud MONTEFALCONIVM sine nomine, sed in Catena NICEPHORI sub nomine DIODORI, leguntur. Alia vero nota apud MONTEFALC. Diodoro tribuitur: ὁ σύρος λέγει πηγὴν αὐτὸν εὐρηκέναι, ἢ γὰρ πηγὴ Ἄναν (Αἰνᾶ rectius) καλεῖται τῇ σύρων φωνῇ, quae tamen est THEODORETI, ut apparet ex Scholio incerti cuiusdam in Cat. NICEPH. ad h.l. PROCOPIVS: αἰαμὶν, et pergit: ὁ σύρος ἀντὶ τῆς αἰαμὶν, ὅς εὐρε, ἔχει τὸ ὕδωρ· ὁ δὲ ἑβραῖος αὐτὸ χεδὸν τὸ Αἰαμὶν ὕδωρ σημαίνει. αὐτὴ γὰρ ἢ λέξις κατελείφθη καὶ ὀλίγον παρηλλάγη. HIERON. observat: *Alii putant AIAMIM maria appellata. Iisdem enim litteris scribuntur maria; quibus et nunc hic sermo descriptus est. Et volunt illum, dum pascit asinos patris sui in deserto, aquarum congregationes reperisse, quae iuxta idioma linguae hebraicae maria nuncupentur: quod scilicet stagnum reperit, cuius rei inuentio in eremo difficilis est. Nonnulli putant aquas calidas iuxta punicae linguae viciniam, quae hebraeae contermina est, hoc vocabulo signari. Sunt, qui arbitrentur, Onagros ab hoc admissos esse ad asinas et ipsum huiusmodi reperisse concubitum, ut velocissimi ex his asini nascerentur, qui vocantur IAMIM. Plerique putant, quod equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, ut mulorum inde nova contra naturam animalia nascerentur. Codd. vero hebr. multi suffragantur τῶ הימים, quod 61. ap. Kennicottum habent, sex primo, 5. forte, nunc Cod. 171. forte הימים Cod. 314. e faec. XIV. aut XV., quae*

quae lectio cum Peschito conuenit. S. V. DE ROSSI nihil in sua Collectione notauit. *Syrus* igitur interpres in suo Codice reperit הַמִּים, EPHRAEM vero הַמִּים h. e. *gigantes*. Quum igitur antiquissimis iam temporibus Codd. uariarint, permulti autem τὸ הַמִּים, quod Lxx. Aq. Symm. Theod. Hieron. legerunt, adhuc seruent, feligenda uidetur lectio הַמִּים, quod simpliciter per *maria* h. e. *stagna*, vel *fontes* verti poterit. At non diffitemur, lectionem Syri interpretis vno saltem Cod. confirmatam nobis valde placere.

p. 110. F. GEN. XXXVIII, 23. ad verba מִן מַרְמָרֵי הַיָּם *domini turmarum* obseruat EPHRAEM: מִן מַרְמָרֵי הַיָּם וְעַתָּה וְעַתָּה וְעַתָּה *et si: domini diuisionis, scribatur, idem est*. Sic versio Samar. *domini diuisionum*: Targum Onkelosi בְּעֵלֵי בְּלִיָּהוּ, *domini diuisionis eius*; et nota Hexaplaris apud MONTEFALC. τὸ Σαμαρειτικόν· καὶ ἐμίσησαν αὐτὸν κατοχοὶ μεριδων. Hebr. בְּעֵלֵי הַצִּיִּים, *domini sagittarum*. Non quidem existimandum est, variam lectionem in Sam. Onk. et nota Hexapl. latere, quum eadem litterae legantur, quas in Hebraico textu consensu codicum habemus. Si qua concedatur varietas, punctis ea inest uocabulis. Ultima enim vox, non הַצִּיִּים cum caeteris interpretibus, sed הַצִּיִּים, (forma הַצִּי a rad. חצה *diuisit*, ut כָּלִי plur. כְּלִים), lecta est, unde versio: *diuisionum* originem duxit. Sed quum in hoc et praecedenti loco EPHR. cum versione Samarit. conspiret, fortasse erunt, qui putent, Nostrum ad manus habuisse Pentateuchum Samaritanae uersionis, quod nobis non uidetur. Priorem enim locum alii similiter, ut Samar. expresserunt; hunc quidem praeter Samarit. solus Onkelos per *diuisionem* est interpretatus, sed, quamuis multam prae se ferat speciem, tamen nihil inde effici putemus, quum nota EPHR. haud obscure indicet, et הַצִּיִּים et הַצִּיִּים legi posse. Expressis quidem uerbis h. l. non laudat textum hebr., quem tamen innui, e reliquis locis, in quibus nominatur, satis clare apparet.

p. 273. C. DEUT. IX, ubi saepius יתפלל occurrit, in fine subdit: אֲנִי יְהוָה יְהוָה אֶלֹהֵינוּ אֶלֹהֵינוּ אֶלֹהֵינוּ אֶלֹהֵינוּ אֶלֹהֵינוּ אֶלֹהֵינוּ *quod*

quod enim dicit: oravi, id in Hebraeo scriptum est: ieiunavi.
 Errore librarii seu typhotetae verba transposita sunt. Nam in hebr.
 est: oravi, non: ieiunavi.

p. 303. C. Ios. XIII, 5. $\text{קָרַחַתְּ מַיִם מִן־הַיַּם לְמַעַן יִשְׁתַּבַּח יְהוָה$
 ($\text{קָרַחַתְּ מַיִם מִן־הַיַּם P.}$) $\text{בְּעַתְּ הַיּוֹם הַזֶּה אֲבִיבְלִי}$ (abest in EPH.
 אֲבִיבְלִי $\text{לְמַעַן יִשְׁתַּבַּח יְהוָה}$, ad orientem (in Gilead, Pesh.) sub montem
 Chermon (usque ad ingressum, P.) supra Chemath. Quibus subiungun-
 tur haec: $\text{וְהָיָה לְמַעַן יִשְׁתַּבַּח יְהוָה לְעַלְמֵי עוֹלָם$
 $\text{וְהָיָה לְמַעַן יִשְׁתַּבַּח יְהוָה לְעַלְמֵי עוֹלָם}$ $\text{וְהָיָה לְמַעַן יִשְׁתַּבַּח יְהוָה}$
 $\text{וְהָיָה לְמַעַן יִשְׁתַּבַּח יְהוָה}$, hoc est, Mezaraphoth maim, quod vocatur in lingua
 hebraica Chemath. Est enim hoc domus collectionis aquarum,
 hoc est, maris. Sed in Hebr. est: מַיִם מִן־הַיַּם , ו pro ז sensu
 fere eodem. Salinae nempe in regione Sidoniensi, quod et EPHRAEM
 annuit in scholio, erant, vbi aqua maris trahebatur ad fossas ad hunc
 usum factas, et sole siccabatur; sic Chald. *Salinas aquarum*. Sed vo-
 cabula non eodem modo scripta et intellecta reperimus apud antiquos.
 Lxx. sec. Al. MS. h. l. Μασερεφωθ-μαίμ. sec. Vat. MS. $\text{Μασε-$
 ρεθ-μεμφωμαίμ. Ed. Ald. μασερεφωθμαίμ, vt hebr., Complut.
 Μασσερεφωθ μαίμ. Oxon. MS. $\text{μασεφωθεμμά πάσαν τήν}$
 $\text{γῆν Μισώρ, ἕως Δεβών καί.}$ in Cat. Niceph. Μασερεφωθ μαίμ,
 forte per errorem. Vulg. *Aquas Masserephot*. Syrus: ad locum
 aquarum calidarum. Ar. ad locum calidum *Mafraphoth maiam*. Sed
 Ios. XI, 8. Lxx. sec. MS. Al. et ed. Ald. μασερεφωθ μαίμ. Vat.
 Μασερών. Cat. Niceph. Μασσερώμ. Complut. ed. Μασσερεφωθ
 μαίμ. Oxon. MS. $\text{Μασσεριμωθ ἀπὸ θαλάσσης,}$ quae Symmachi
 esse videntur, qui pro מַיִם legit מַיִם . Interp. Origenis: *Mafefoth*.
 Vulg. *aquas Maserephot*. Hieron. in locis hebr. *Mafrephoth*. Procop.
 $\text{Μασρεφωθμαίμ. ὅπερ ἐξέδωκαν οἱ λοιποὶ, ἕως τῆς ὕδατος τῆς}$
 $\text{θαλάσσης, καὶ ἕως Μασσηφά.}$ Aq. $\text{Μασραιφωθ ὕδατος ἰ.}$ sec.
 Drus. $\text{μασερεφωθ τῶν ὑδάτων.}$ Symm. $\text{Μαστραφωθ θαλάσ-$
 σης, ἰ. sec. Drus. $\text{μασερεφωθ ἀπὸ θαλάσσης.}$ Arabs: ad locum
 D aqua-

aquarum calidarum. Chald. *Salinas aquarum.* Syr. *collectionem aquarum,* ܐܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ, vt EPHR. explicat in scholio supra laudato.

p. 305. B. Ios. XV, 28. Pefch. ܐܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ et *Ber Seba et Ber Iothia.* EPHR. vero ܐܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ et *Ber Seba et oppida eius et villae eius,* tunc pergit: ܐܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ *Quum non intelligerent, qui Syriace verterent, quid esset vox hebraica, Besiothieh posuerunt et nomen oppidi esse putarunt.* In MS. CANTABR. scribitur ܐܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ, vt in Pefchito, in ΡΟCOC. ܐܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ, vitiose, vt opinamur. Vox hebr. est בְּרִיּוֹת, quam Lxx. et incertus interpres verterunt: *καὶ αἱ κώμαι αὐτῶν καὶ αἱ ἐπαύλεις αὐτῶν*, quae vero verba ANDREAS MASIUS in annotatt. ad libr. Iosuae auferenda et quorum loco Ἐβεζεθια rescribendum censet, quia Eusebius hoc nomen in locis hebraicis habeat; et BREITINGERVS parenthesi inclusit. Ed. *Complut.* eorum loco legit: *καὶ Βιζιωθια*, Ald. *καὶ Ἐβεζεθια*, quae interpolata est. Nam sequuntur verba: *καὶ αἱ πόλεις αὐτῶν, καὶ αἱ ἐπαύλεις αὐτῶν.* Vulg. *Baziothia.* Ar. *Biriothia.* Chald. *Bisiothia.* Notamus hic, in τη Pefchito ܐܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ auctoritate EPHRAEMI et aliorum antiquorum in ܐܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ esse corrigendum. Reliqua inferius tractabuntur.

p. 316. B. Iud. V, 29. ܐܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ ܕܥܘܩܘܢܐ *Hebraeus ait: Sapientes concubinae ei sic responderunt.* In Hebr. הַנְּחָתִים הַתְּחִינִים הַחֲכָמִים. Lxx. vertunt: *σοφαὶ ἀρχισῶν αὐτῆς*, sic Ed. Ald. *Complut.* et MS Oxon. sed Vat.: *αἱ σοφαὶ ἀρχισαὶ αὐτῆς*, sic Catena NICEPH. et ἀδηλος ib. et *Procop.* qui αἱ neglexit. — Caeterum adhibuit EPHR. eam vocem, qua alibi v. c.

GEN.

rum, *Davidis et Saulis, et etiam ea diuidebat; et erat e regione montis Daize, h. e. montis ceruorum.* Sed in Hebr. est: סלע המחלקות *petra diuisionum.* Num in Cod. Syri interpretis סנער מחלקת reperiatur? Et Arabs legit: *Sanaar diuisionis.* Reliquae versiones סלע agnoscunt. סלע מחלקות vero of Lxx. sine ן sic legerunt: מחלקת *diuidens,* quos sequitur Vulg.

p. 380. A. I SAM. XXIII, 4. וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן
 pro eo autem, quod in Hebraeo est: *ut tegeret pedes suos, nostra interpretatio dixit: et dormiuit ibi.* Hebraica sunt לְהַסִּיק תַּחַת רַגְלָיו. Syrum interpretem, quem sequitur *Arabs,* aliter legisse, non est existimandum, sed Euphemismum non intellexisse. Graeci vero rem vel clarius, vel magis recte expresserunt. Lxx. παρασκευάσασθαι, quod Scharfenberg emendauit ἀποσκευάσασθαι, apud Theodoret. ἀνασκευάσασθαι. Aq. ἀποκηνῶσαι. Al. κενῶσαι. Cod. Coisl. A. τὰ διευθύναι, ἀποκηνῶσαι τὰς πόδας αὐτῆς, (τὰς πόδας αὐτῆς aliena esse iudicat Scharfenberg in Animad. Spec. II. p. 128) ἀποπατήσαι, quae sunt plures interpretationes. Ioseph. τὰς φυσικὰς ἐκκρίσεις ποιήσασθαι. BASILIUS Seleuciensis in Cat. NICEPH. ἀσελθῶν ὑπὸν δεσμεύεται μετὰ τῶν δορυφόρων, explicuit sic, ut est in Versione Syriaca et Arabica, et quidem male.

p. 480. B. 2 SAM. XVIII, 35. (Peschito: ם) וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן
 וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן *vocem dominorum aut (P. et) dominarum.* Hebraeus vero ait: *vocem cantorum et cantatricum.* In Hebr. בקול שרים ושרות. Syrus interpres per ש legit illa vocabula; reliqui omnes per ש. Sequitur inde, ut iam aetate EPHRAEMI signa quaedam in Manuscriptis reperirentur, quibus litterae illae discerni poterant.

p. 498. F. I REGG. XVIII, 44. וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן
 וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן
 וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן וְיָשָׁן אֶת רַגְלָיו תַּחַת הָאֲבֶן

וּשְׁמֵי הַיָּם וְשֵׁם הַיָּם וְשֵׁם הַיָּם וְשֵׁם הַיָּם
*vocabulum hebraicum vero illud, quod Iam tradidit interpres, etiam
 Occasus verti potest. Sic Chaldaeus: de occidente. Hebr. מִיָּם. Lxx.
 hoc verterunt ὕδωρ, quia מִיָּם punctis aliis vocalibus exornauerunt,
 nempe מִיָּם. In Ed. ALD. COMPLVT. et in Catena NICEPH.
 sic legitur: ὕδωρ ἀπὸ θαλάσσης, h. e. מִיָּם מִיָּם, sed quilibet
 videt duplicem esse versionem earumdem litterarum, et alterutrum
 esse delendum.*

p. 523. E. 2 REGG. III, 4. ad מִיָּם haec obseruata reperi-
 mus: מִיָּם מִיָּם וְשֵׁם הַיָּם וְשֵׁם הַיָּם וְשֵׁם הַיָּם וְשֵׁם הַיָּם
 מִיָּם מִיָּם וְשֵׁם הַיָּם וְשֵׁם הַיָּם וְשֵׁם הַיָּם וְשֵׁם הַיָּם
 מִיָּם, *nokdo, quod hic dicitur, scriptura est nominis, quod ex
 Hebraico declarat atque significat principem gregis pecorum, ille
 enim alebat multas oues. Hebr. נִקְדוֹ. Lxx. Νωκῆδ. Aquila: ἦν ποι-
 μνιοτρόφος. Symm. ἦν τρέφων βοσκήματα. Ἄλλ. ἀρχιποι-
 μῆν. Theodoret. οἱ ἄλλοι ἐρμηνευτὰ τὸ Νωκῆδ ἀρχιποιμέ-
 να ἠρμῆνευσαν. Vulg. nutriebat pecora multa. Chald. dominus pe-
 coris. Ar. diues pecoris. AMOS. I, 1. occurrit מִיָּם, vbi Peshito
 hanc ipsam vocem legit; Lxx. vero cum Ar. aliter legerunt: ἐν
 Ἀκκαρέμ. Vulg. in Pastoribus. Symm. ἐν τοῖς ποιμέσι. Aq. ἐν
 ποιμνοτρόφοις. Chald. explicat: pastor pecorum, recte. S. V.
 BRUNSIUS e Cod. Pariensi, quem in Repert. Orient. et Bibl. Litterat.
 descripsit Tom. VIII. p. 87. et Tom. VIII. p. 157. curas Hexa-
 plares ex eo edidit, haec notat: pro *νωκῆδ* habet Cod. ille *מִיָּם*
 cum lectione Marg. *מִיָּם. i. e. λοιποὶ ποιμῆν.* Quid si signum
 super *ו* (÷) indicat, hanc esse vocem hebraicam *נִקְדוֹ.* Aquilae
 lectio et Syriace et graece extat in Margine *ἀρχιποιμῆν.* Bar He-
 braeus tribuit Symmacho. p. 162. Tom. VI. eiusdem Repert. p. 209.
 ab Anonymo quodam illustratur haec vox ex Ar. *نَقْد*, quae *genus
 ouium deforme et breuipes* significat, quod in *Bahrein*, Arabiae prouin-
 cia, frequens est. Sed lana earum optima habetur. Nostro autem
 loco in vniuersum de ouibus intelligendum videtur.*

p. 18. E. IOB. XXXXI, 13. ad גִּשְׁלֵל obseruat: $\text{וְהָיָה כְּאִשְׁתֵּי תַשְׁחִיבֵי וְכִי תִשְׁחִיבֵי וְכִי תִשְׁחִיבֵי}$, hoc enim vocabulum hebraicum est, quod significat *thaschheh*, *vathnebresch*, *vathgeusel*, quae tria verba vnum idemque significant, *inflammare*. Hebr. est תלהט .

p. 48. B. IES. XVII, 9. Peshito habet: $\text{וְכַדְמֵי אֲמִיר וְכַדְמֵי אֲמִיר}$ quae verba ab interprete latino male translata sunt: *tamquam fouea Hheresch*, quae derelicta esse fertur a facie filiorum Israel, pro: *sicut fouea Hheresch et Amir*, quae derelicta est cet. EPHRAEM in comment. paullo aliter haec verba laudat: $\text{וְכַדְמֵי אֲמִיר וְכַדְמֵי אֲמִיר}$ sicut foueae Hhoresch Amir. Ante omnia errorem hic emendamus, in Polyglott. Tom. VI. p. 32. Varr. lectt. Syr. ab HERBERTO THORNDICIO collectarum commissum. Notatur enim ibi sic: וְכַדְמֵי אֲמִיר VSSER. וְכַדְמֵי אֲמִיר , item POCOC. et CANTABRIG. Atqui Peshito non legit וְכַדְמֵי אֲמִיר , sed וְכַדְמֵי אֲמִיר , ex quo apparet, Codd. MSS. illos cum EPHRAEMO conuenienter legere וְכַדְמֵי אֲמִיר , sine copula o. Sed nemo intelliget, quid velint verba: *urbes eius munitae*, erunt sicut cisternae Hhoresch Amir. Nec EPHRAEMVS ipse quidquam adiecit, ex quo sensus posset cognosci. Quae vero addidit, ad vniuersam sententiam spectant, nempe exilium Israelitarum innui. Quemadmodum vero neque hac varietate lectionis, neque explicatione EPHRAEMI obscuritas huius loci dissipatur, sic reliquae versiones antiquae nos non adiuuant, quae valde inter se discordes a textu hebraico recedunt. Lxx. enim verbum totum sic habent: $\text{τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσονταί αἱ πόλεις αὐτοῦ ἐγκαταλελειμμέναι, ὡς τὸν τρόπον κατέλιπον (s. vt MS. Al. ἐγκαταλείπον) οἱ Ἀμορραῖοι καὶ Ἐυαῖοι ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ.}$ Quantopere haec differunt ab Hebr. vbi legimus: $\text{וְהָיוּ יְהוּי עָרֵי מְעוֹ כְּעוֹבֵת הַחֶרֶשׁ וְהָאֲמִיר אֲשֶׁר עָזְבוּ מִפְּנֵי בְנֵי יִשְׂרָאֵל.}$ Si Versionem τῶν Lxx., quam nunc habemus, verbis exprimamus hebraicis,

braicis, hunc fere textum ante oculos habuisse videntur: ב' ה' י' ערים עיבת כאשר עובי האמרי והחוי מ' ב' יש' τω̄ ex מעון ad praecedens ערי tracto, עו̄ profus neglexerunt. Deinde τω̄ כ' cum אשר coniuncto, עובי transposuerunt; denique החרש et והאמיר translocarunt, nisi forte negligentia scribarum haec transpositio sit orta. Viri docti, LAWTH., MICHAELIS, DATHIVS, quum sensum hunc non incommodum ineptumque esse iudicarent, hebraica vero verba sensum bonum atque aptum non admittere intelligerent vitiosaque esse suspicarentur, non dubitarunt, quin lectionem τω̄ Lxx. praecoptarent atque eligerent; rationesque sibi reppererunt, quid et quomodo οἱ Lxx. legissent. Ἀμορφάιοι et והאמיר non adeo differunt, vt האמיר inde nasci possit; החרש et Ἐυαῖοι toto coelo quidem differre videntur, quod tamen non est: nam Ἐυαῖοι sunt חוי, litterae vero י' et ש', ו' et ר' adeo similes inter se fuerunt in scriptione antiquiori, vt saepe inter se sint permutatae. Quum igitur litteras quidem, quae τω̄ Ἐυαῖοι responderent, repperissent viri illi docti, vocem tamen loco non suo collocatam vidissent: de verbis transponendis cogitarunt, vt iam monuimus; de caeteris vero lectionis varietatibus omnino siluerunt. Si οἱ Lxx., quorum versio in Iesaja non accuratissima est, h. l. sanum textum expressissent: sequeretur, vt post eorum tempora aliud adhuc vitium in textum hebraicum irrepisset, tres scilicet litterae עו̄, quae eadem sunt cum tribus prioribus in עיבת: quas si quis ex textu cum τοις Lxx. exulare iusserit, facili negotio inueniet, quomodo in textum irrepserint. Nam has litteras ad spatium versus implendum additas esse autumabit, e quibus sequenti tempore, quum librarius has litteras et in suum codicem rescripsisset, nomen illud מעון, τω̄ מ' a praecedenti vocabulo dissecto, ortum sit. At vocem מעון, a Vulg. Syr. Chald. expressam nec in vlllo codice hucusque collato omisam, vers. 10. vbi recurrit, postulare videtur, qui nostro v. 9. quodammodo respondet. Quamquam vero multae sunt mutationes, quas textus hebraicus passus sit, si interpretes Lxx. eum accurate expresserint: aliam tamen adhuc expertus est, nempe transpositionem vocum אשר עובי et τδ̄ כ' ante עיבת,

עֹזֹבֶת, quae caeterarum versionum auctoritate et codd. hebr. omnino destituitur. Sed quis versiculum unicum tantis tamque insignibus varietatibus subiectum fuisse suspicabitur? Valde dubitamus, an *ol* Lxx. litteras hebraicas sic, vt legerint, expresserint. Ne vero nimis longe his inhaereamus, videamus caeteras versiones. *Arabs*, qui τ & Lxx. sequi solet, paullo recedit, quum loco Ευαίσι legat: *Moabitae*, quos saepius cum Amorrhaeis coniunctos legimus; atque sic omnis trans Iordanem regio, quam olim Rubenitae, Gaditae et dimidia Manassitarum tribus inhabitabant, intelligenda esset, cum qua regnum destruendum compararetur. At enim vero regio illa, non sponte, sed inuite ab incolis relinquebatur, vt e Num. XIII, 45. notum est. *Vulg.* vertit: *In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictae sicut aratra et segetes, quae derelictae sunt a facie filiorum Israel.* Quaedam et hic aliter habentur. Loco כְּעֹזֹבֶת, עֹזֹבֶת et כ ad הַחֶרֶשׁ sumtum est et loco עֹזֹבֶת legitur עֹזֹבֶי. Sed et sic haesitat comparatio. *Chald.* verba illa molesta explicat: כְּכַרְךָ נְחָרִיב וְאַתְחַמְרֵי דִי אֲשַׁתְּבַק — — — *sicut arx, quae vastata et disturbata est, quae derelicta est* etc. Sed sensu frigido. *Ies.* XXX, 13. hebr. כְּכַרְךָ נֹפֶל sic vertit. Fragmenta reliquorum interpretum sunt: *Aqu. testam et Emir.* *Symm. Syluam et Amir.* *Theod.* Ἀρξ καὶ Ἐμειρ, qui omnes ad rem explicandam nihil faciunt. Restat id, quo permoti hunc locum vexatissimum excitauimus; *EPHRAEMVS* nempe h. l. laudat textum hebraicum hunc in modum: כְּכַרְךָ נֹפֶל וְאַתְחַמְרֵי דִי אֲשַׁתְּבַק. *Hebraeus vero ait: quasi foueae siluae et Amir, quae derelictae sunt coram filiis Israel.* Quamquam nec per *Ephraenum* verba hebraica laudantem quidquam lucis huic loco adferatur, iuuat tamen de varietatibus lectionis quaedam addere. Primo ait, *Hebraicum* textum legere כְּכַרְךָ נֹפֶל *sicut foueae*; noster vero hodiernus textus habet כְּעֹזֹבֶת siue sec. *Codd.* multos apud Kennicottum כְּעֹזֹבֶת. Ex quo apparet, *EPHRAEMVM* in suo Codice legisse כְּכַרְךָ, vt *Syrus* interpres, qui vero singularem expressit, nisi forte vitio typorum puncta ibi desint. Mirum omnino,

E

vtrum-

utrumque inter se conuenire in hac lectione, etsi reliqui interpretes, qui et ipsi variant, litteras עזבת agnoscant. Deinde *גבול סוֹלֵמֹן* *filuae et Amir*. Hebr. הַחֵרֶשׁ וְהָאֲמִיר. Agnoscit EPHR. copulam o, quam antea neglexerat, et vocem חרש vt appellatiuum vertit, quam pro nomine proprio Interpres Syrus et Graeci habuerunt; alteram vero vt nomen proprium expressit; nec, quid ad hanc translationem eum mouerit, videmus; sic et Symmachus. Denique *עזבו עזבו* *quae relietae sunt* habet, quod quidem litteris consonantibus עזבו re- spondet, quae vero aliis, quam nunc, vocalibus instructae fue- runt, nempe עזבו, vt in vulgata versione. Iam vero, quid inde lu- cramur? omnino nihil! Sed non omitamus, quod EPHRAEM ex- plicandi causa adiecit, *Trigatpilessarem regionem trans Iordanem in- uasisse, et Rubenitas, Gaditas dimidiamque Manassitarum tribum ab- egisse*; quae regio olim fuit Amorrhaeorum. Fortasse haec EPHRAE- MI nota non iniucunda iis erit, qui h. v. Amorrhaeorum et Chi- uaeorum mentionem fieri putant. S. Ven. DOEDERLEIN in Iesaja ad h. l. voces illas vertit: *syluestria et campestria*, quod non omnino pla- cet. Nos vero, si tesseram nostram ad h. l. addere liceat, בעזובת, et pro הַחֵרֶשׁ וְהָאֲמִיר, quae iam ab aliis in החתי והאמרי mutantur, rescribendum החתי והאמרי, quia Chit- taeos et Amorrhaeos saepius coniunctim legimus (v. c. Ios. XI, 3. XII, 8.), nec raro ר cum ת mutatum, (v. c. I'CHRON. I, 15. יתח Lxx. יאֶפֶס. 2 SAM. XI, 3. XII, 24. בת-שבע Lxx. Βηρσαβεε. vid. Eich- horn. Introd. Tom. I. p. 196.) vt ר et ו, ש et י reperimus. Versio autem est: *Illo tempore vrbes eorum munitae, erunt sicut desertae Chit- taeorum et Amorrhaeorum, quas deserere cogebantur, victoribus Israelitis.*

p. 263. C. AMOS. VI, 1. ad verba: *פְּקֹדֵי לְרֹאשֵׁי הָעָם* *laudat EPHRAEMVS textum Hebraicum: גְּבֻלֵי הָעָם*, *Hebraeus vero ait: designantes se ipsos in capita populorum.* In Hebr. נְקִיבֵי רֵאשֵׁית הָעָם. Interpres Syrus, vt Lxx. et Ar., legit נְקִיבֵי EPHRAEM vero נְקִיבֵי, quod reciprocè expressit.

Locum

τρεῖς agnoscant: non dubitamus, quin haec lectio simili errore in τοῖς LXX. orta sit, quae in omnia exemplaria sensim penetrarit. Caeterum ex hoc loco discimus, monente ASSEMANO ad h. I. EPHRAEMVM Graeci sermonis haud ignarum fuisse; nam versionis τῶν LXX. meminit; nos vero addimus, hunc locum esse argumentum certissimum, quo τοῦ Ιαυνοῖο ΕΦΡΑΕΜΙ ipfos esse τῶν LXX., euincatur, quos expressis verbis nominat; EICHHORNIVM Illustr. autem hunc locum nimis perfunctorie tractasse, si ei copia ASSEMANI Bibliothecae Orient. inspiciendae fuerit.

§. XIII.

Quum igitur EPHRAEMVS tam saepe ad textum hebraicum prouocet, in quo aliter verba se habeant, ac in Versione Peschito: concludi inde potest, ei ad manus fuisse codicem hebraicum, ex quo haec omnia vertendo exscripserit, et fortasse τῆν Peschito correxerit. Ex quibus locis, quamquam nostram quidem sententiam, cuius causa adscripsimus, confirmet: alium tamen usum percipere possumus. Discimus enim partim, quomodo illo tempore in Codd. hebraicis loca quaedam vexata sint lecta, partim vero, quomodo vocabula quaedam obscura ab Syro nato intellecta sint atque explicata, quae explicationes eo veriores videntur, quod a docto Syro proficiscuntur et lingua Syriaca gaudet maxima cum lingua hebraica affinitate et tunc temporis viua fuit. Quam vere explicat GEN. XXIII, 63. לָשׂוּחַ, vid. p. 22. I SAM. XX, 8. נַעֲצַר, p. 27. 2 REGG. III, 4. נִקְרַר, p. 29. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ.

§. XIII.

Sed bene intelligimus, ex his omnibus nec plus nec minus eruendum esse, nisi hoc: EPHRAEMVM nempe potuisse sic agere et adducto HIERONYMI exemplo verosimiliter sic egisse: et parum lucis rei ipsi affundi, ambabus, vt aiunt, manibus concedimus. Aliam igitur coniecturam proposuimus, quae si iuste stabilita fuerit, praeoptanda


optanda videtur, quamque nunc examini eruditorum subiicimus. Ea vero sic se habet: Textum biblicum, Scholiis EPHRAEMI praefixum, non esse graecae originis, quamuis innumera loca cum τοις Lxx. conspirent. Quomodo enim ὁ *Iaunoio* s. graecus interpres, quem ipsos τας Lxx. esse vidimus, produci potuisset? Deinde quomodo factum esset, vt EPHRAEM textum hebraicum saepissime contra τας Lxx. sequeretur? Ex arabica saltem versione, cuius lectiones paucis in locis expressae sunt, textum EPHRAEMI deprauatum esse, autumabit nemo. Igitur ipsam esse την *Peschito*, versionem illam omnium syriacarum antiquissimam, e fonte hebraico compositam, censemus, quae vero secundum τας Lxx., siue, quod eodem redit, secundum versionem syriacae e τοις Lxx. translata, insigniter mutata sit.

§. XV.

Nobis iam saepius affirmantibus, την *Peschito* ab EPHRAEMO esse illustratam, argumenta quaedam addenda videntur, si non consensus cum ea sufficiat. Duo nempe loca satis clara hanc rem absoluant.

Prior est GEN. I, 1. vbi η̄ *Peschito* habet: יְסֻדָּיִם יְסֻדָּיִם אֱלֹהִים בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ, in principio creauit Deus coelum et terram; ad quae obseruat EPHR. יְסֻדָּיִם לֹא-בְרָאָהּ וְיְסֻדָּיִם לְיִסּוּדֵי יְסֻדָּיִם אֱלֹהִים בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ. יְסֻדָּיִם לֹא-בְרָאָהּ וְיְסֻדָּיִם לְיִסּוּדֵי יְסֻדָּיִם אֱלֹהִים בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ. haec vox articulus est hebraicus, Syriace redditur per τὸ Ὡ sic: coelum et terram; non enim legi debet *Ioth*, sed *Eth*, h. e. coelum et terram. Quam obseruationem grammaticam EPHR. addere non potuisset, nisi vsus fuisset ipsa τη *Peschito*. Occurrit hic locus in EPHR. operibus Syr. Tom. I. p. 116. D. et in ASSEMANI Biblioth. Orient. Tom. I. p. 64.

Alter est GEN. V, 3. celeberrima illa nempe annorum supputatio ab orbe condito ad diluuium vsque, quam EPHR. cum τη *Peschito* hebraicum fontem sequenti conuenienter habet in verbis illis: יְסֻדָּיִם אֱלֹהִים בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ. יְסֻדָּיִם אֱלֹהִים בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ. יְסֻדָּיִם אֱלֹהִים בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ. יְסֻדָּיִם אֱלֹהִים בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ. *vixit Adam centum et triginta annos et genuit Sethum ad imaginem suam et*



*similitudinem suam, nec diuersitatem lectionis graecae multum recedentis tangit. Vid. Comment. eius ad h. l. Tom. I. p. 47. C. Ali-
ter se gessit ad h. l. Iacobus Edessenus, qui apud ASSEMANVM Bi-
blioth. Orient. Tom. I. p. 65. Codice eius III. Expos. in Genesim ad-
uertit, Hebraica aliquot exemplaria suo aeuo extitisse, in quibus lectio
των Lxx. confirmabatur. In quibusdam, ait, satis accuratis Hebrai-
cis historiis scriptum reperimus, Adam genuisse Sethum, quum esset anno-
rum ducentorum et triginta. Verum Hebraei computum annorum per-
uertere volentes, ut Christum nondum aduenisse ostenderent, centum annos
Adamo, antequam gigneret Sethum, detraxerunt. Si fides verbis Iacobi de
lectione quorundam hebraicorum Codd. habenda sit, eos ad τϛϛ Lxx.
interpolatos fuisse statuimus; remque dignam censemus, quae ulterius
inuestigetur. Exemplum in Eccles. reperimus Cap. I, 18. vbi in
Hebr. est כעס, quod ol Lxx. γνώσεως verterunt, quod Cod. 152. e
faec. XIV. apud KENNICOTTVM agnoscit: בינה. — Certum igi-
tur est, EPHRAEMVM Commentarios in τηη Peshito elaborasse.*

§. XVI.

Ipsa Argumenta, quibus moti EPHRAEMVM e τοις Lxx. interpolatum esse statuimus, iam proferamus.

I. Argumentum primum, quod nostrae sententiae fauere vide-
tur, ductum est ex Hos. X, 14. qui locus in τηη Peshito ita sonat:
*exsurget pernicies contra populum tuum: et omnes vrbes tuae
diripientur, sicut direptione Schalmae e Bethel, die belli. Matrem con-
tra filios concident.* Sed quid in EPHRAEMO? Totus locus cum

Scholiis adiectis repetendus est, vt de eo recte iudicari possit:

חֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד
 וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד
 וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד
 וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד
 וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד
 וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד וְחֶסֶד

Sed quoniam consiliis vestris et viribus vestris confiditis, consurget
 perniciēs contra populum tuum et omnia oppida tua
 diripientur i. e. oppida, quibus confidebas, ab iis diripientur, sicut
 direptio Schalmae e Bethel i. e. propter cultum idolorum Bethel et
 non in ea tumultus belli erit, quia hostis non erit, sicut direptio Zal-
 mana principis e domo Ierobaal, quum die praelii matrem
 cum eius filiis alliserunt i. e. matrem cum eius filiis conciderunt.
 v. 15. Ita fecit vobis Bethel a facie malitiae nequitiarum vestrarum etc.
 Quisque videt, EPHRAEMVM cum τη Peshito conuenire, modo
 interpunctio paullo mutata, quum verba: *in die praelii* ad sequen-
 tia traxerit. Nunc iam sequuntur verba: *sicut direptio Zalmana*
principis e domo Ierobaal, quorum in τη Peshito nulla facta est
 mentio. Est enim alia versio verborum hebraicorum quamuis pessi-
 ma. Si tollerēs, ea desideraret nemo. Quod certum est indicium
 glossematis. Iam vero quum circumspexerimus, ex quo fonte verba
 illa fatis impedita hausta sint, e versione των Lxx. deriuata esse intel-
 leximus, vbi legimus: *ὡς ἄρχων Σαλαμὰν ἐν τῷ οἴκῳ*
Ἰεροβοὰλ. (Sic Cyr. et *Vetus Cod.* cuius mentionem facit No-
 bilius ad h. l. et *vetus Interpres* apud Hieronymum, *Hierobaal*, teste
 BREITINGERO in prolegg. ad Tom. III. των Lxx. sed sec. Vat.
 MS. et Ar. τῷ Ἰεροβοὰμ) ἐν ἡμέραις πολέμου μητέρα ἐπὶ
 τέκνους ἠδάφισαν κ. τ. λ. Manu igitur male sedula verba illa των
 Lxx. EPHRAEMO adscripta esse, merito contendimus. Vestigia
 additamenti insuper cognosci possunt ex eo, quod in EPHRAEMO,
 vt nunc habentur verba, vna eademque vox bis versa sit, mutata le-
 ctione. Est in EPHRAEMO cum Peshito conuenienter *כַּדְּמָה*
sicut direptio, quod respondet hebr. *כַּדְּמָה*, quod vero οι Lxx. expresse-
 runt: *ὡς ἄρχων*, ac si legissent *כַּדְּמָה*, quod est in EPHR. *כַּדְּמָה*
princeps, omisso *ὡς*, et loco suo motum, quia verba isto ordine collo-
 cata

cata



gata stare non poterant. Coaluerunt ergo in EPHR. duae lectiones, quod fieri non potuisset, nisi manus recentior sic corrupisset textum EPHRAEMI. Corruptionem vero nimis insignem cuique lectori EPHRAEMI se prodere, testatur exemplum Illustr. *Michaelis*, qui ea, qua nos tenemur, opinione, nempe EPHR. esse e τοῖς Lxx. corruptum, non tenebatur, hunc locum interpolatum fatetur in Tom. XVIII. p. 187. Bibl. Orient. Examinatis loco laudato variis nostri versus lectionibus, subdit: *Indess ist diese sprachweidrige Uebersetzung* (nempe vocum שלמן et ארכאל, quae a Lxx. Vulg. et Hieron. צלמנע et ררבעל transferuntur) *auch in Ephraemi Syri Commentarium gerathen; denn nachdem er die Syrische Uebersetzung erklärt hatte, folgt ganz unübereinstimmig mit ihm (vielleicht ein Einschleissel einer spätern Hand, eine in das Buch gerathene Randglosse) ארבעל וצלמנע; וצלמנע וררבעל* wie die Beute Zalmuna des Ersten vom Hause Nedubbaals (d. i. Ierubbaals). Quae vltima vox a viro Illustri aliter legitur ac a nobis, qui, vt supra posuimus, habemus *Ierobaal*. Hinc apparet, eum vti EPHRAEMO Edit. Oxon. quod iam alibi suspicatum sumus, ne errorem Viro illi doctissimo, sed editioni tribueremus. Caeterum non esse dubium arbitramus, quo sententia nostra EPHRAEMVM e τοῖς Lxx. h. l. esse corruptum debilitari possit, et id quidem secundum exemplar, in quo Ιεροβοαλ exaratum erat. Nam non omnia sic legisse testantur Codd. BARBER. *Laud.* et *Theodoretus*, qui habent τῆς Ἀρβηλ, et in *Reg.* ita olim scriptum fuisse videtur, quamuis alia manus pro ea fecerit Ιεροβααλ, monente BREITINGERO loco supra laudato. Restat, vt admoneantur lectores de confusione verborum vltimorum, quam deinde videbimus.

Quamquam iam multa de loco Ios. XV, 28. supra p. 26. laudato disputauimus, quaedam tamen restabant, quae hic adiicere liceat; nam est insigniter corruptus. Secundum τὴν *Peschito* quidem verba sic sonant: *et Beer-Scheba et Besiothia* (loco *Biriothia*); secundum EPHR. vero: *et Beer-Scheba et oppida eius et villae eius*; quibus expli-

explicandi causa addit: *et oppida eius*, et asserit: *Syrum interpretem vocabulum hebraicum ביותיה ignorasse ipsumque posuisse nomen*. At quod tandem modo haec addere potuisset, si in textu legisset, id quod nunc habemus? Quomodo verba: *oppida eius et villae eius*, interpretari per: *et oppida eius*? Cui non risum moueat talis explicandi modus? Itaque quum adeo ieiuna haec sint, ut ab ΕΦΗΡΑΕΜΟ proficisci non potuerint, nonne res ipsa loquitur, in textu aliud quid, nempe Besiothia, fuisse scriptum? ΕΦΗΡΑΕΜΥΣ quidem accusat ignorantiae interpretem; sed nemo inde discere potest, quid ab interprete sit ignoratum. ΕΦΗΡΑΕΜΥΜ igitur h. l. corruptum esse, quilibet concedet. Quae quidem corruptio ex τοις Lxx. siue e versione graeco-syriaca orta est. In τοις Lxx. enim verba leguntur singula: καὶ αἱ κώμαι αὐτῶν καὶ αἱ ἐπαύλεις αὐτῶν.

Addimus alium locum, qui tamen, ut nos opinamur, ad rem nostram nihil facere videtur, nempe GEN. XXXVIII, 6. vbi nobilis illa lectio שׂוּר occurrit, quam vocem alii quidem antiquorum interpretum שׂוּר, alii vero שׂוּר legerunt. Noster vtrumque habet, sed locis diuersis; prius Tom. I. p. 106. D. quod *oppidi aedificia*, ut etiam p. 112. E. explicat; posterius, quod est των Lxx. et Verf. SAM. p. 187. B., vbi Collectanea in Genesin exstant, reperimus explicatum; quam interpretis inconstantiam quisque nobiscum mirabitur. Sunt fortasse, qui putent, mutationem hanc ad versionem septuagintauirolem esse factam; cui vero sententiae, quamuis nobis faueat, non multum tribuimus, quia dubium nobis suboritur, annon ΕΦΗΡ. nostro illud Scholion falso adscribatur. Collectanea enim illa excerpta sunt e catena Syriaca SEVERI *monachi Edesseni*, quae ex interpretationibus ΕΦΗΡΑΕΜΙ et ΙΑΚΟΒΙ *Episcopi Edesseni* composita erat. Atqui ΙΑΚΟΒΥΣ τῆς Lxx. in Textu Syriaco vbique sequitur, et textus biblicus, quem in Scholio hoc legimus, lectionem των Lxx. exprimit; non enim solum ἵσθ, sed etiam οὐκ ἀβσciderunt, quod graeco ἐνευροκόπησαν respondet, pro οὐκ ἀβσciderunt reperitur; quid igitur impedit, quo minus

F

IACOBO

IACOBO illud Scholion reddamus, quod, nomine IACOBI a librariis omisso, sub EPHRAEMI nomine nunc legimus, quum hic alibi aliter illud vocabulum legerit et explicauerit.

II. Alterum argumentum sic se habet: EPHRAEMVM vel ante Scholia cum τοις Lxx. conuenire, in Scholiis vero dissentire; vel ante Scholia a τοις Lxx. dissentire et conuenire cum iis in Scholiis.

IES. VIII, 14. Peshito: $\text{רֹבֵעַ לְכָל מְלָכִים}$ *robur gentium*. EPHR. $\text{כָּל מְלָכִים וְכָל מְלָכִים}$ *omnia regna*. In Scholio vero $\text{כָּל מְלָכִים וְכָל מְלָכִים}$ *omnem terram*; sic Lxx. τὴν οἰκουμένην ὅλην.

— XXVII, 6. P. וְכָל מְלָכִים . E. וְכָל מְלָכִים . Lxx. γῆ. in Scholio וְכָל מְלָכִים .

— XXXIII, 16. P. וְכָל מְלָכִים . E. וְכָל מְלָכִים Sic bis cum Lxx. Sed tertia vice. וְכָל מְלָכִים .

MICH. V, 5. P. $\text{וְכָל מְלָכִים וְכָל מְלָכִים}$. E. Sic. Sed in Scholio $\text{וְכָל מְלָכִים וְכָל מְלָכִים}$, vt Lxx. sec. MS. Al. ὅταν ἀσσύριος ἐπέλθῃ.

Et IES. X, 26. P. וְכָל מְלָכִים . E. וְכָל מְלָכִים est mixta lectio ex hebr. et Lxx. Ille habet *Dominus*; hi vero Θεός.

III. Tertium argumentum iam sequitur, cuius ratio haec est: loca plurima ab EPHRAEMO sparsim laudata, nisi pro arbitrio mutata sint, cum τοις Lxx. conspirare, v. c.



IES. XXVI, 10. E. *Tollatur peccator, et non videat gloriam Dei*, quae fere sunt Graeca των Lxx. ἀρθήτω ὁ ἀσεβής, ἵνα μὴ ἴδῃ δόξαν κυρίου. vid. infra p. 46.

— XXXXVIII, 14. P. *et Dominus*. E. *et Deus*. Lxx. sec. MS. Al. καὶ θεός. — 15. P. *mulier*. E. *mater*. Lxx. μητήρ, sec. MS. Al. ib. P. *et si istae obliuiscantur*. E. *et si vero illa oblita fuerit*. Tom. III. p. 220. C. Sic Lxx. — 16. P. *impressi te et moenia tua*. E. *impressi moenia tua*. Lxx. ἐξωγράφηκά σε τὰ τεῖχην. ib. D.

— LIII, 12. P. *et terminos tuos*. E. *et murum tuum*. Lxx. τὸν περιβολόν σε. — 13. P. *et omnes filii tui cognoscent me*. E.

et

et filii tui omnes erunt edocti a Deo. Lxx. καὶ πάντας τὰς υἱὰς
 σου (sc. Ἰησοῦ) διδάξῃς θεός. ibid.

IES. LX, II. P.  et ingredientur. E.  ut ingredian-
 tur. Sic Lxx. Tom II. p. 287. B. Sed Tom. III. p. 220. A.
 et ingredientur, vt in Peschito.

— LXI, II. P. semen. E. semen suum. Lxx. σπέρματα αὐτοῦ. Tom.
 III. p. 220. A.

— LXII, 2. P. et vocabitur tibi nomen nouum. E. Et nomine nouo nomi-
 nabunt te. Lxx. sec. MS. Al. καὶ καλέσει σε τὸ ὄνομα και-
 νόν. ib. E. — 5. P. laetabitur. E. sic laetabitur. Lxx. ἔτωσ.
 Tom. II. p. 140. F.

SACH. XIII, 6. P. quibus vulneratus sum in domo diligentium me. E. sunt
 quibus vulneratus sum in domo mea dilecta. Sic Lxx. sec. MS. Vat.
 ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ἀγαπητῷ μου. Tom. I. p. 190. C.

Qui consensus cum τοῖς Lxx., in locis sparsim obuiis, satis clare
 indicat studium conformandi EPHRAEMVM ad τὰς Lxx., quorum
 translatio summa erat auctoritate.

IV. Vltimum denique argumentum petimus ex insigni illa con-
 uenientia EPHRAEMI cum τοῖς Lxx. in Commentariis ipsis, quam
 supra proposuimus.

§. XVII.

Quibus omnibus iuste ponderatis, sententiam nostram proba-
 tam putamus, qua textum biblicum, Commentariis EPHRAEMI prae-
 missum, e versione τῶν Lxx. interpolatum esse contendimus: quo-
 rum tamen exemplar maculis iis, quas nunc in editionibus habet, con-
 taminatum non fuisse, loca illa, in quibus EPHRAEM sequitur ean-
 dem, quam Arabs, lectionem, satis superque videntur declarare. Illa
 enim τῶν Lxx. versio omni fere tempore, quae suggerente spiritu
 diuino facta superstitione credebatur, tanta fuit auctoritate, vt tex-
 tui ipsi hebraico non aequipararetur solum, sed etiam praeferreretur.

Quo factum est, ut IACOBVS EDESSENVS codd. hebr. cum τοις LXX. facientes satis accuratos vocarit, vid. supra p. 38.; et GREGORIVS BARHEBRAEVVS de τη Peshito e fonte Hebraico deriuata contemtim iudicarit, vitiosam criminatus sit, eamque debile fundamentum in Praefatione ad Horreum mysteriorum nominarit. Vid. ASSEMANI Biblioth. Oriental. Tom. II. p. 279. Inueniuntur ibidem rationes, quibus inductus nomine tam inhonesto eam vocarit, quas etiam late exposuit in grammatica Syriaca, quam *librum splendorum* inscripsit, Part. I. cap. I. vbi qui Sacros, ait, *codices ex hebraico in Syriacum versione simplici transtulerunt, errasse identidem deprehenduntur*; Et (ib. p. 280.) Part. IV. Cap. 4. Sect. 6. integrum habet tractatum: *quod versio των LXX. melior sit versione simplici*, in quo simplicem vocat rudem, των LXX. vero, perfectam et numeris omnibus absolutam; errores apertos in simplici reperiri, et quaedam menda, quae in ea occurrant, profert atque corrigit, eam ob causam, vt Syris probet, την Peshito omnibus numeris absolutam non esse. *) Si igitur versioni septuagintaurali tanta concessa

*) Loca illa, a Gregorio Barhebraeo emendata, in Assemani Bibliothecae Orient. Tom. II. p. 279-281. reperiuntur, quae hic adiiicere placuit. I S A M. XXX, II. η Peshito Barhebraei aetate habuit: *et dederunt ei panem et edit; et potarunt eum aquis, et duos caseos*; quorum loco Barhebraeus legendum censet: *et dederunt ei panem et duos caseos et edit; et potarunt eum aquis*. Nunc η Peshito: *et dederunt ei panem et edit; et potarunt eum aquis. Et duos caseos, et edit*. Barhebraeus accuratiorem quidem sequutus est interpunctionem, quam η Peshito, in qua post *aquis* comma, et post *caseos* punctum ponatur; sed hebraicum loquendi modum, quem Grammatici *Synchysin* vocant, deterfit; quod fieri non debebat. Qui plura de *Synchysin* legere desiderat, euoluat GLASSI-V M nouae editionis p. 659. sqq. — Nec

maioris pretii est emendatio a Barhebr. in Iob. XXIV, 19. 20. tentata, quem locum η Peshito olim et nostro tempore sic habet: *in inferno peccauerunt et obliuioni traditi sunt ab utero*; quem vero Barhebr. hunc in modum corrigere conatur: *ab utero peccauerunt et in inferno obliuioni traditi sunt*. Quae transpositio vtique ex inscitia orta est, vt illa, quam Iob. XXXI, 27. ausus est noster Criticus. η enim Peshito eius nostroque tempore legebat: *osculata est manus mea os meum*, quae verba Noster, textu hebraico omnibusque versionibus antiquis repugnantibus, ordinat: *osculatum est os meum manuum meam*, quum tamen eis Hypallage infit Sacro codice non infrequens. Simili modo a Barhebraeo hebraica loquendi consuetudo ignorata est in loco Ies. XXVI, II. ab illo sic emendato: *videbunt zelum populi et confunden-*

cessa fuerit auctoritas, num mirum, eam normam factam esse, ad quam aliae versiones emendarentur, et η Peschito corrigeretur, quod ipse Gregorius Barhebraeus in horreo mysteriorum a se factum esse affirmat? (V. ASSEM. Bibl. Orient. Tom. II. p. 279.) Deinde illa $\tau\omega\upsilon$ Lxx. auctoritas in causa fuit, cur plures ex iis componerentur versiones Syriacae, quarum vero nulla ante EPHRAEMI tempora existisse videtur. Nam quae ABRAHAM ECHELLENSIS in *notis ad catalogum Librorum Syrorum Hebed Iesu*. p. 249. obseruat, ASSEMANVS in *Biblioth. Orient.* Tom. III. p. 76. et CARPZOVIVS in *critica sacra* p. 639. probant, nempe iam olim versionem syriacam e graeco sermone fuisse elaboratam, cuius EPHRAEMVS SYRVS in commentariis meminisset, ea talo stant haud firmo, quum inde non sequatur, vt, quia EPHRAEMVS versionem Graecam syriacis verbis com-

F 3

morat,

fundentur, qui in $\tau\eta$ Peschito olim, vt nunc, legebatur: *videbunt et confundentur zelum populi*; quum Hebraei duo coniungant verba, sic vt alterutrum aduerbialiter aut participialiter explicari debeat. Vid. GLASS. p. 272. — Auctoritate $\tau\omega$ Lxx. IES. LXVI, 5. vbi verba $\tau\eta\varsigma$ Peschito et nunc sic habentur: *dicite fratribus vestris, vos odio habentibus*, corrigit: *dicite fratres vestri iis, qui vos odio habent, sicut in graeco legitur. οἱ Lxx habent: ἔπαυτε ἀδελφοὶ ἡμῶν* (legē ὑμῶν ed. Complut. ἀδελφοῖς ὑμῶν) τοῖς μισέσιν ὑμῶν (al. MS. ἡμῶν). Estne illa tua versio melior, o Barhebraee? — Malum quoque criticum Noster egit IER. XI, 19. quando illa verba: *Corrumpamus lignum cum pane eius*, mutauit: *corrumpamus panem eius cum ligno*. Nam est Hypallage. — IER. XVI, 21. mendose in Codice *Barhebraei* legebatur, $\text{לִּי} \text{שְׁמִי}$ nomen meum, cuius loco vel $\text{לְךָ} \text{שְׁמִי}$ nomen nostrum vel, quod rectius est, $\text{לְךָ} \text{שְׁמִי}$ ponendum ei videtur. —

HESEK. XXVIII, 24. et amplius non erit domui Israel stamina amara, quae verba adhuc in $\tau\eta$ Peschito legimus, quae vero Noster sic emendare studet: *et non erunt*. At, bone Barhebraee! num te latuit, apud hebraeos Verbum singularis numeri nonnumquam construi cum nomine numeri pluralis? quin immo apud Syros ipsos eadem valere regulam? vide IER. XVIII, 19. et *ciuitates australes clausa est*. Cap. XLVIII, 15. *ciuitates eius ascendit*. — Reliqua, quae notantur, loca sunt e N. T. scriptoribus, Vetus T. laudantibus petita, quae cum $\tau\omega\iota\varsigma$ Lxx. conuenire ostendit, atque adeo $\tau\eta\upsilon$ Peschito, ex eius hypothese, sic corrigendam somniat noster criticus. Quilibet vero harum rerum peritus intelligit, his *Barhebraei* obseruationibus emendationibusque $\tau\eta$ Peschito nihil pretii esse detrahendum, quum vel menda sint exemplaris a *Barhebraeo* usurpati, vel lectio $\tau\eta\varsigma$ Peschito sine causa et ex ignorantia hebraei sermonis sollicitetur.

morat, Syriaca quoque e graeca facta adfuerit. Nam EPHRAEMVS ipse verba illa e graecis in Syriacam linguam transferre potuit, quum graecam linguam calleret, quod supra probare studuimus et hic quaedam ad ea confirmanda addimus ex ASSEMAN. Biblioth. Orient. Tom. I. p. 55. qui, *Haud ulla, ait, praeter vernaculum, i. e. syriacum sermonem calluisse Ephraemum, asserunt Tillemontius Tom. 8. p. 743. et Guilielmus Caue in Historia litt. Tom. I. pag. 133. eiusque opinionis auctores faciunt Theodoretum lib. 4. c. 26. et Sozomenum lib. 3. c. 16. Verum nec Theodoretus, neque Sozomenus de graeco sermone ibi loquuntur, sed de Graecorum sapientia, seu institutione, vel eruditione, qua Sanctum Ephraem caruisse volunt. Praeterea Nyssenus in Encomio, Amphilocheus in vita Basilii, Metaphrastes in vita Ephraemi et Syri omnes docent, eum precibus Basilii Magni donum graecae linguae obtinuisse, idque donum in Ephraemo permansisse, colligitur ex eiusdem scriptis. Tunc profert locum Ionae, quo ASSEMANVS sibi non constans fuit, et addit; illum apud Vossium Tom. II. graecos patres se legisse demonstrare, dum Irenaeum p. 51. citat et D. Antonii vitam per S. Athanasium scriptam p. 79. — Porro notum est Iacobum, Edeffenum Syriacam versionem, quae *Figurata* Procopii errore dicitur, quum tamen ex versione $\tau\omega\nu$ LXX. adornata sit, vestigia $\tau\omega\nu$ LXX. non accurate prementem emendasse, hisque magis accommodasse. Vid. Eichhorn. Einleit. ins alte Testament. Tom. I, p. 459--467. — Adde, Gregorium Barhebraeum argumentum pro praestantia Graecae versionis e testimonio EPHRAEMI Syri petere, qui locum Iesaias C. XXVI, 26. secundum $\tau\delta\varsigma$ LXX. sic laudauerat: *Tollatur impius, et non videat gloriam domini. In Gloriam domini*, addit Barhebraeus, *dixit gloriosus Isaias, in simplici vero versione nulla exstat huius loci memoria, sed loco eius legitur: Domine in altitudine manuum tuarum non videant.* Vid. ASSEM. Bibl. Orient. Tom. II. p. 282. et Tom. III. p. 61. — Tandem neminem criticorum Sacrorum latet, ipsam $\tau\eta\nu$ Peschito mutationes ex $\tau\omicron\iota\varsigma$ LXX. esse expertam, v. c. Prou. XXV, 20. Ps. I, 4. vid. Eichhorn. libr. I. Tom. I. p. 452. CARPZOV. Critic. sacr. p. 634. et praefationem in
 nostram*

nostram versionem Ecclesiasticis teutonicam. Quae quum ita sint, quid impediēbat, quo minus verba biblica a τολις Lxx. dissonantia in ΕΡΗΡΑΕΜΟ corrigerentur, ut cum iis concondarent? Adde scripta ΕΡΗΡΑΕΜΙ, qui et pietatis et eruditionis laude nobilis, inter Syros primus Commentarios in totam S. Scr. exaravit, a Syris et ab exteris cupidissime esse lecta atque tractata, quid facilius euenire potuit, quam ut ab iis, qui τας Lxx. sequenti tempore plus iusto extollerent, ΕΡΗΡΑΕΜΥΣ ad illos corrigeretur, quo opera magni illius viri a vitiiis, quibus scaterere putabantur, purgarentur? Quum igitur nimia των Lxx. aestimatio omnium fere Syrorum cepisset animum, et omnes studio quodam traherentur, versiones nouas e τολις Lxx. componendi vel την Peschito iis accommodandi: mirum non est, ΕΡΗΡΑΕΜΙ opera e τολις Lxx. esse deturpata; quod re ipsa euenisse permultis exemplis supra ostendimus.

§. XVIII.

Sed et quaedam loca cum Chaldaeo solo, quaedam vero cum Vulgato interprete solo conspirant; chius rei nonnulla proferemus exempla.

I. Chaldaeus.

IES. VIII, 3. $\text{אֲשֶׁר לֹא יִשְׁתַּחֲוֶה לְאֱלֹהִים אֲחֵרִים. EPH. אֲשֶׁר לֹא יִשְׁתַּחֲוֶה לְאֱלֹהִים אֲחֵרִים. Sic in Chald. transposita sunt verba.$

— XXIII, 5. P. $\text{וְהָיָה לְיָמָיו. E. וְהָיָה לְיָמָיו. Ch. וְהָיָה לְיָמָיו. — 23.$

P. $\text{וְהָיָה לְיָמָיו וְהָיָה לְיָמָיו. et erubescet luna et pudesiet sol.$

E. $\text{וְהָיָה לְיָמָיו וְהָיָה לְיָמָיו. Sic in Chald. transpositum est.$

— XXVIII, 10. P. $\text{וְהָיָה לְיָמָיו immersum. E. וְהָיָה לְיָמָיו errantem. Chald.$

$\text{spiritum erroris. — 16. P. וְהָיָה לְיָמָיו sicut lutum. E. וְהָיָה לְיָמָיו}$

$\text{וְהָיָה לְיָמָיו sicut lutum in manu. Ch. וְהָיָה לְיָמָיו.}$

Hos. VI, 5. P. $\text{וְהָיָה לְיָמָיו. E. וְהָיָה לְיָמָיו. Chald. וְהָיָה לְיָמָיו.}$

MALACH. I, 2. P. $\text{וְהָיָה לְיָמָיו. E. וְהָיָה לְיָמָיו. Ch. וְהָיָה לְיָמָיו.}$

GEN.

GEN. XXXXVIII, 7. P. *et ira eorum*. Ep. *et ira eorum*.
 Sic Targum Onkelofi. — 10. P. *cuius*
est. E. *cuius est regnum*. Sic
 Onkelos: *היא מלכותא* et Targum Hierosol.

II. Vulgatus.

MICH. V, 6. P. *in ira eius*. E. *in lanceis*. De
 Pronom. monet: *tamen non suis, sed eius*. Vulg. *lanceis eius*.
 — VII, 19. P. *in profundum*. E. *in profundum*.
 Vnde hic consensus sit ortus, alii inuestigent.

§. XIX.

Haec de ratione textus biblici in EPHRAEMI Syri Com-
 mentariis obuii sufficiant; nec nobis quidquam superest, quam ut
 optemus, ut a scopo, nobis proposito, non aberrauerimus: sed vi
 argumentorum lectoribus nostris, qui nos hucusque mente attenda
 sequi dignati sunt, sententiae nostrae, quam nos de textu biblico
 EPHRAEMI tulimus, veritatem persuaserimus. Quibus omnibus
 utcumque disputatis, alteram nostrae disputatiunculae partem aggre-
 diamur, qua *usum textus biblici Scholiis Ephraemianis praefixi criticum*
ostendere pro virili studebimus.

PARS

P A R S P O S T E R I O R.

§. XX.

Quum fragmenta biblica in EPHRAEMI commentariis obuia partim τ 85 Lxx., partim textum hebraicum sequantur atque adeo textum habeant mixtum: vsum eorum criticum, erunt, qui quoniam lectiones dubiae videntur, non adeo magnum esse iudicent: quibus nos non refragamur. At vero vt libenter concedimus, eum, e τ 015 Lxx. interpolatum, tanta auctoritate esse non posse: ita aliquem tamen ei vsum omnino tribuendum, et quidem duplicem censemus, qui partim ad τ η ν Peschito, partim vero ad τ 85 Lxx. redundet. De quo quidem duplici vfu critico nunc ageremus, nisi iam nimis longa euassisset disputatio: quo consilium mutare vsumque, quem ο 1 Lxx. ex fragmentis habent, in praesenti praetermittere cogimur. Quum vero ipsa η Peschito ex τ 015 Lxx. hic illic interpolata sit, mendisque librarium et typhetarum laboret: regulas quasdam, quibus lectionis varietates examinandae essent et cognosci posset, quae lectiones ex illa farragine prorsus reiiciendae, quae contra eligendae et in locum vulgarium substituendae essent, nobis metipsis praescripsimus, ita tamen, vt omnem suspicionem vitaremus, nos studio quodam atque pruritu emendandi duci atque delectari. Sunt autem hae:

I. Omnia loca hic illic e memoria laudata, in variis lectionibus apud EPHRAEMVM repertis nihil habere auctoritatis, nec in censum venire debere. Omni enim tempore memoria variabilis, inconstans et fallax fuit; quo saepe factum est, vt plura loca similia confunderentur, verba quaedam ad rem non adeo necessaria omitterentur et voces idem significantes inter se permutarentur.

G

II.



II. Voces synonymicas, quum vel in ipsis contextis adhibeantur, nihil efficere, vt lectio vulgaris sollicitetur. A scribis enim ortae videntur, vel ab ipso EPHRAEMO, rem, non verba spectante. Vim vero tunc demum aliquam acciperent, quando auctoritate Codd. bonorum fulcirentur. Ex innumeris talium vocum exemplis quaedam hic addimus. IES. XI, 8. Peschito פֶּסַח. EPHR. פֶּסַח foramen. V. 15. פֶּסַח. E. פֶּסַח calceus. XV, 1. פֶּסַח. E. פֶּסַח פֶּסַח. E. פֶּסַח admiratus est. XXVIII, 28. פֶּסַח. E. פֶּסַח. XXIX, 6. פֶּסַח altus. E. פֶּסַח multus. Hos. III, 1. פֶּסַח פֶּסַח filius Israel. E. פֶּסַח. III, 15. פֶּסַח. E. פֶּסַח. IOEL. III, 2. פֶּסַח: E. פֶּסַח valli. AMOS. II, 7. פֶּסַח mulier. E. פֶּסַח meretrix. OBADI. I. פֶּסַח. E. פֶּסַח fama. MICH. I, 10. פֶּסַח. E. פֶּסַח annunciabitis. V, 9. פֶּסַח. E. פֶּסַח ofores tui. SACH. III, 2. פֶּסַח. E. פֶּסַח liberaberis. V, 9. פֶּסַח debita. E. פֶּסַח peccata. XIII, 5. פֶּסַח vir. E. פֶּסַח filius hominis, etc.

III. Multa pro arbitrio mutata, multa angustius contracta esse, quibus ad טהן Peschito mutandum non mouemur. v. c. Hos. III, et dixit mihi Dominus: iterum vade, ama. E. et ama. AMOS. V, 3. in ea vrbe, e qua egrediebantur mille, remanebunt centum. E. in ea vrbe, e qua egrediebantur millia, centum viri relinquentur. VIII, 7. Ecce Israelem eduxi e terra Aegypti, Palaestinos e Cappadocia. E. ecce etiam Palaestinos eduxi e Cappadocia. etc.

III. Multa, quae scribarum et typhotetarum negligentia in EPHR. deturpata atque confusa sunt, variis lectionibus nullo modo posse adnumerari. v. c. IES. II, 4. פֶּסַח et confringent. EPHR. פֶּסַח pro פֶּסַח. V, 17. פֶּסַח quae aedificata est. E. פֶּסַח pro פֶּסַח. XIII, 16. פֶּסַח et conturbabit. E. פֶּסַח pro פֶּסַח. XV, 8. פֶּסַח circumdabit. E. פֶּסַח restaurabit, sine sensu. XIX, 5. פֶּסַח et deficient. E. פֶּסַח pro פֶּסַח. XX, 2. פֶּסַח discalceatus. E. פֶּסַח pro פֶּסַח altero. XXV. פֶּסַח cumulo. E. פֶּסַח murmuri aquae, sine sensu. XXVIII, 15. פֶּסַח. E. פֶּסַח. V, 29. פֶּסַח augmentum. E. פֶּסַח consilium. XXVIII,

XXVIII, 15. *peruerse se gerentibus.* E. $\text{pro } \omega$, quod
 esset: *vindictam sumentibus.* XXXIII, 1. *rex.* E. $\text{pro } \omega$
reges. V, 13. terra E. $\text{pro } \lambda$. IOEL. III, 18. *omnes.*
 E. $\text{pro } \omega$ *iis.* V, 18. *nardus* $\text{pro } \omega$ *vota.* SACH. V, 10.
deferentes. E. $\text{pro } \omega$. etc.

V. Secernendum esse, quod e Scholiis in textum irrepserit. v. c.
 IES. XVI, 2. P. *et erit E.* et erit Moab in transmigratio-
 ne sua. Hos. 10, 14. P. et erit E. sunt e scholio,
 ubi verba leguntur et erit E. , quae tamen sunt textus; to-
 tum locum valde esse confusum, vide supra p. 38. OBAD. 4. et erit E.
 SACH. VIII, 20. P. *Apprehendent decem viri ex omnibus linguis*
gentium simbriam hominis Iudaei. E. *et apprehendent septem mulieres sim-*
briam homines Iudaei. Insignis librariorum error e Scholio ortus, in
 quo habentur sequentia: *Quemadmodum septem mulieres simbriam homi-*
nis Iudaei prensabant (sunt haec ex IES. IV, 1.), *quum republica Iudaeorum*
eversa virorumque multitudine exhausta consumtaque caede et fame et tate,
faeminae in captiuitatem ducerentur: Sic decem homines infideles hominis Iu-
daeii simbriam prensabunt, quum ad fidem conuersi fuerint. Cap. XIV, 13.
alter alterum. E. *alter manum alterius prae stupore; prae stupore sunt*
 glossema e Scholio.

§. XXI.

Quibus omnibus multitudo variarum lectionum, quibus aliquid
 pretii insit et quae veriore lectionem seruent, ad minorem numerum
 redigitur. Veram autem lectionem h. l. eam nominamus, quae aut
 cum textu hebraico aut antiquis versionibus, vel omnibus vel plurimis,
 aut Codd. Syriacis in Polyglottis Bibliis Londinensibus collatis conspi-
 rat. Quae igitur lectio eiusmodi gaudet auctoritate, eam in textum
 Peschito merito recipiendam putamus; quam vero Ephr. lectio-
 nem cum Lxx. et Arabe, si e graecis, verterit, et Vulgata consen-
 tire videmus, eam ad textum Syriacum mutandum nullo modo valere

G e

statuimus



statuimus. Quae praemittenda duximus, quo iudicium iustum de versionis Syriacae emendationibus, quas hic tentauimus, ferre possent arbitri harum rerum periti.

EMENDATIONES VERSIONIS SYRIACAE.

- IES. II, 13. ܐܘܢܝܢܐ ܕܥܘܠܐ et *super omnes terebinthos*. Melior est lectio, quam EPHRAEM. Hebr. [Lxx. Ar. Vulg. Chald. habent, loco ܐܘܢܝܢܐ ܕܥܘܠܐ . $\tau\omicron$ ܐܘܢܝܢܐ facile excidere poterat propter ܐܘܢܝܢܐ . Abest $\tau\omicron$ ܐܘܢܝܢܐ et in sequenti versu in Peshito, ab initio, sed et ibi reponendum esse censemus, quum praecedat et sequatur.
- III, 10. pro ܕܥܘܠܐ rescribendum putamus ܕܥܘܠܐ , auctoritate EPHR. Hebr. et Vulg. Habent quidem Lxx. cum Arab. etiam $\sigma\tau\iota$, sed aliter sequentia verterunt. — 14. Delendum censemus \circ in ܕܥܘܠܐ priori. Sic EPHRAEM. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. — 24. ܕܥܘܠܐ corrigendum in ܕܥܘܠܐ , quod legunt EPHRAEM, Hebr. Lxx. sec. Vat. MS. Vulg. Chald. Lectio vero $\tau\eta\varsigma$ Peshito conuenit cum lectione Cod. Alex. $\delta\sigma\mu\eta\varsigma$ ܕܥܘܠܐ , quemadmodum in Ar. legitur.
- III, 5. ܕܥܘܠܐ *monti* mutamus in ܕܥܘܠܐ *montis*, auctoritate EPHR. Hebr. Lxx. Vulg. Chald. nec bonum sensum praebet lectio $\tau\eta\varsigma$ Peshito: Et creabit Dominus super omnem locum munitum *monti* Sion vbique nubem.
- VI, 9. Alteri ܕܥܘܠܐ restituendum est $\tau\omicron$ \circ , quod legunt EPHR. Hebr. Lxx. Vulg. Chald.
- VII, 19. ܕܥܘܠܐ pro ܕܥܘܠܐ rescribendum, sic EPHRAEM, qui pro nomine proprio habuit, et Hebr. ܕܥܘܠܐ legunt. Caeterae versiones appellatiue vertunt. Lxx. et Ar. $\chi\acute{\omega}\rho\alpha\varsigma$. Vulg. *vallium*. Chald. ܕܥܘܠܐ *ciuitatum*.
- VIII, 17. Male sic leguntur in $\tau\eta$ Peshito verba: ܕܥܘܠܐ ܕܥܘܠܐ *in doctrina mea expectabo*. Nam ܕܥܘܠܐ ad vers.

16. adhuc pertinet. Verba igitur sic distinguimus et mutamus:
 אֲנִי אֲדַבְרֶה בְּלִבִּי וְלֹא אֲדַבְרֶה בְּפִי וְלֹא אֲדַבְרֶה בְּלִבִּי, *in doctrina mea.* v. 17. *Ego*
vero expectabo. Sic EPHR. Hebr. Aq. Symm. Vulg. Lxx.
 vero: καὶ ἐρεῖ, Μενῶ legunt, inserto ἐρεῖ, quia praecedentia
 aliter vertunt. Iam HERBERTVS THORNDICIVS, qui varia
 lectiones, quas Tom. VI. in Polyglottis Lond. reperimus,
 e quibusdam MSS. Syriacis collegit, liuffit, אֲנִי אֲדַבְרֶה אֲדַבְרֶה ad
 praecedentia trahi; quod parallelismus postulat.

IES. VIII, 1. (in hebr. Cap. VIII, 23.) יְסֹאֵל *flumen*, quod
 EPHR. Lxx. Ar. Hebr. Vulg. Chald. Symm. cum reliquis non
 agnoscunt, delemus; nec Cod. PROCOPI. habet.

X, 4. אֲנִי אֲדַבְרֶה בְּלִבִּי וְלֹא אֲדַבְרֶה בְּפִי וְלֹא אֲדַבְרֶה בְּלִבִּי alteri addimus copulam וְ, quam legimus apud
 EPHR. Hebr. Lxx. sec. MS. Al. Ar. et Vulg. Chald. Theodat.
 9. loco אֲנִי אֲדַבְרֶה בְּלִבִּי וְלֹא אֲדַבְרֶה בְּפִי וְלֹא אֲדַבְרֶה בְּלִבִּי suademus, ut אֲנִי אֲדַבְרֶה בְּלִבִּי
 אֲנִי אֲדַבְרֶה referatur. Sic EPHR. in textu et Scholio, Hebr.
 אֲנִי אֲדַבְרֶה בְּלִבִּי. Chald. Vulg. Lxx. Βαβυλωνος καὶ Χαλάννης
 f. sec. MS. Al. Χαλάννη. Ar. وَخَالَانِيَسُ وَخَالَانِيَسُ. Uter-

que voculam priorem aliter legit; posteriorem vero cum cae-
 teris conuenienter habet.

GEN. X, 11. in Peshito idem
 error אֲנִי אֲדַבְרֶה, pro quo EPHR. Tom. I. p. 58. B. legit אֲנִי אֲדַבְרֶה
 Vsfed p. 154. Al. אֲנִי אֲדַבְרֶה. HERBERTVS vero THORNDI-


CIVS in Varr. Lectt. Syr. ad h. l. א pro א positum suspicatus
 est. p. 2. 27. pro אֲנִי אֲדַבְרֶה בְּלִבִּי iuuenas, quod absorum est,
 אֲנִי אֲדַבְרֶה oleum legendum est.

Sic EPHRAEM, qui in scholio
 Hiskiam regem sub oleo intelligit, Hebr. אֲנִי אֲדַבְרֶה. Vulg. olei. Chald.

אֲנִי אֲדַבְרֶה. Lxx. et Ar. pro אֲנִי אֲדַבְרֶה legerunt אֲנִי אֲדַבְרֶה, verterunt
 enim ἀπὸ τῶν ὠμῶν ὑμῶν. — 28. pro אֲנִי אֲדַבְרֶה lege

אֲנִי אֲדַבְרֶה, 7 pro 7 habent EPHR. Hebr. Vulg. Chald. Aq.
 Symm. 7 cum Peshito vero Lxx. Ar. et Theodotion. — 31.

pro אֲנִי אֲדַבְרֶה lege אֲנִי אֲדַבְרֶה, ut EPHR. Hebr. Lxx. Ar.
 Vulg. Chald.




- Ies. XI, 2. Deleatur וְיָשָׁבֻּרְךָ et *requiescet*. Abest apud EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. speciemque interpretamenti prae se fert וְיָשָׁבֻרְךָ . — 5. וְיָשָׁבֻרְךָ addatur copula ו , quam legunt EPH. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. Symm.
- XV, 2. וְיָשָׁבֻרְךָ mutamus in וְיָשָׁבֻרְךָ , auctoritate EPHRAEM Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. Sic et IER. XLVIII, 18. 22. — 5. pro וְיָשָׁבֻרְךָ scribendum: וְיָשָׁבֻרְךָ . Sic EPHR. in textu et Scholio, Hebr. Lxx. Vulg. Sic etiam legitur in loco parallelo IER. XLVIII, 5. in Peshito et EPHR. — 9. Verba: וְיָשָׁבֻרְךָ וְיָשָׁבֻרְךָ , quibus in Peshito Cap. XXI. male incipitur, huc pertinent. Sic EPHRAEM. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald.
- XVI, 8. dele copulam in וְיָשָׁבֻרְךָ , quam non legunt EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald.
- XVIII, 19. corrige וְיָשָׁבֻרְךָ in וְיָשָׁבֻרְךָ *limitem eius*. Sic EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald.
- XX, 2. Addendum est ante וְיָשָׁבֻרְךָ verbum וְיָשָׁבֻרְךָ et *depone*, quod habent EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald.
- XXI, 2. corrige וְיָשָׁבֻרְךָ *nobis* in וְיָשָׁבֻרְךָ *michi*, quod contextus postulat. Sic EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald.
- XXII, 3. post וְיָשָׁבֻרְךָ *ligati sunt*, inferere: וְיָשָׁבֻרְךָ וְיָשָׁבֻרְךָ , *qui in te inuenti sunt*, auctoritate EPHR. Hebr. Chald. Vulg. Theodot. Lxx. vero cum Ar. hebr. וְיָשָׁבֻרְךָ aliter vertunt: וְיָשָׁבֻרְךָ *ισχύοντες ἐν σοί*. — 4. in וְיָשָׁבֻרְךָ dele ו , auctoritate EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. — 18. lege וְיָשָׁבֻרְךָ pro וְיָשָׁבֻרְךָ . Sic EPHR. Hebr. Lxx. Vulg. Ar. Chald. — 24. delenda sunt verba: וְיָשָׁבֻרְךָ וְיָשָׁבֻרְךָ *honorandi et gloriosi*, auctoritate EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald.
- XXIII, 1. Deleatur copula ו ante וְיָשָׁבֻרְךָ , auctoritate EPHR. Hebr. Chald. Vulg. — 2. Corrigatur וְיָשָׁבֻרְךָ Peshito, quae numerum singularem habet, hunc in modum: וְיָשָׁבֻרְךָ וְיָשָׁבֻרְךָ *filete habitatores*. Sic EPHRAEM, Hebr. Vulg. Chald. Lxx. vero, qui

qui pluralem etiam agnoscunt, hebr. מִי aliter verterunt: $\text{τιμὴ ὁμοιοὶ γεγόνασιν οἱ ἐνοικῶντες}$, quos sequitur Ar. qui singularem habet. Aq. σιωπήσατε . Symm. σιγήσατε , qui et habet κατοικῶντες . — ibid. לְיָדְךָ pro לְיָדְךָ auctoritate EPHR. Hebr. Lxx. Vulg. Ar. Chald. sic et v. 3. — ibid. יָבִיאוּ *impleverunt te*, pro יָבִיאוּ , quod vertitur *merces tuae*. Sic EPHRAEM, Hebr. קָחְלֵךְ Chald. Vulg. Lxx. vero et Arabs omittunt, prioribus seq. versus verbis huc tractis: τὴν θάλασσαν (v. 3.) ἐν ὕδατι πολλῶν , neglecta copula, quae est in contextis hebr. יָבִיאוּ in τῆ Peschito etiam versum incipit, copula omiffa: *qui transis mare. Merces tuae in aquis multis*. In hebraeo vero sonant verba: *impleverunt te*. (v. 3.) *Et in aquis multis*. Iustam vero dubitandi causam praebet ipsum in τῆ Peschito adhibitum vocabulum יָבִיאוּ , quod nisi hoc loco legitur. Tanta enim ei est similitudo cum יָבִיאוּ , ut vitium facile committi potuerit.

I Es. XXIII, 10. pro סָגְרָה scribatur סָגְרָה ; nam sequitur substantivum sing. num. Sic EPHR. Hebr. סָגְרָה et Ar. et Vulg. *clausa est*. Lxx. vero active vertunt κλεισει , ac si legissent סָגְרָה . Ex quo apparet illos etiam habuisse singularem numerum in exemplari. — Sed incerti haeremus, an lectio τῆ Peschito יָבִיאוּ , pro qua voce יָבִיאוּ EPHR. habet, sollicitanda sit. יָבִיאוּ enim semel legitur ZEPH. I, 9. vbi etiam per *cellaria* vertitur; יָבִיאוּ vero, quod EPHR. et in textu et in Scholio legit, saepius occurrit, vox rarior in vltatiorem mutari potuit; cui addimus τῶ et τῶ in antiquiori scriptura figura non admodum differre. Sed et in contrarium haec disputari possunt sic, ut statuatur, a librariis τῶ pro τῶ propter similitudinem esse positum, quod vitium bis recurrat, h. et l. l. — 13. סָגְרָה mutetur in סָגְרָה . Sic EPHR. et Cod. CANTABRIG. — 20. Delemus in וְיָבִיאוּ copulam; non enim legitur apud EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Chald. Vulg. et Theodot.

I Es.



IES, XXV, 2. U non ante לְבָנִים excidit, quod $\tau\eta$ Peshito restituumus auctoritate EPHR. qui in textu et scholio habet, Hebr. LXX. Ar. Vulg. Chald. Codd. Syr. VSSER. POCOC. et CANTABRIG. Deest in Cod. Kenn. 178. — 6. pro עָלְמָא scribatur עָלְמָא , auctoritate EPH. Hebr. LXX. Ar. Vulg. Chald. — 7. אִי corrigendum est in אִי *facies*, sic est apud EPHR. Hebr. Vulg. Chald. Codd. *Vsser. Pococ. Cantabrig. Aquila. Symm. Theodot.*

— XXVI, II. בְּאֵשׁ ignis pro בְּאֵשׁ *fornax*. Sic EPHR. Hebr. LXX. Ar. Vulg. Chald. — 14. Est in Peshito hebr. וַיִּשְׁמַדְתָּם translatum per עָלְמָא , quod in adiecta versione latina expressum est per: *et posthabuisti eos*, ut et habet Lexicon CASTELLI, qui pro hac significatione hunc ipsum locum laudavit. E deriuatione notio huius verbi est in Pael, vel *caudam decurtasti eis*; vel: *caudam fecisti eos* h. e. deteriori sorte eos affecisti, quod ferri potest. Sed EPHR. habet וַיִּשְׁמַדְתָּם *et tabefecisti eos*, i. e. perdidisti eos. Quae lectio valde aridet, quoniam gradatio orationis accuratius obseruatur. Adde א et א facile confundi posse. Attamen in textum recipere dubitamus. Multa enim exempla inueniuntur, ubi א pro א , א pro א in Codicibus, positum est; א pro א . GEN. XVI, 2. est in MSS. וַיִּשְׁמַדְתָּם , ut GEN. XXX, 3. Ex. III, 25. est in Peshito וַיִּשְׁמַדְתָּם , in Cod. Vss. et POCOC. וַיִּשְׁמַדְתָּם . Hos. VI, 7. pro וַיִּשְׁמַדְתָּם Cod. CANTABR. וַיִּשְׁמַדְתָּם . NEH. VIII, 8. וַיִּשְׁמַדְתָּם Codd. וַיִּשְׁמַדְתָּם . SACH. I, 8. וַיִּשְׁמַדְתָּם MS. VSSER. וַיִּשְׁמַדְתָּם etc. א vero pro א . GEN. XXXVI, 24. וַיִּשְׁמַדְתָּם quod est אִי hebr. LEV. X, 4. וַיִּשְׁמַדְתָּם . Ios. XI, 1. וַיִּשְׁמַדְתָּם pro וַיִּשְׁמַדְתָּם . IUD. XI, 1. וַיִּשְׁמַדְתָּם pro וַיִּשְׁמַדְתָּם . Quae exempla nos incertos reddunt, quid praeferamus.

— XXVII, 15. post וַיִּשְׁמַדְתָּם delenda sunt verba וַיִּשְׁמַדְתָּם *in terra Domini*. Non enim leguntur apud EPHR. Hebr. LXX. Ar.

- Ar. Vulg. Chald. et redolent glossēma, quod e margine in contextum irrepfit.
- IES, XXVIII, 11. $\text{שׁוֹבֵרֵי הַמִּינִי}$ deleatur. Non apparet in EPHR. Hebr. Lxx.
 Ar. Vulg. Chald. — 15. Verba $\text{מִן הַיַּם הַגָּדוֹל}$ *extensio inundationis* muta in $\text{מִן הַיַּם הַגָּדוֹל}$, sic EPHR. Lxx. Ar. Vulg. Chald. Hebr. sic etiam v. 18. in Peshito et EPHRAEM in scholio, vbi pro $\text{מִן הַיַּם הַגָּדוֹל}$ ponit $\text{מִן הַיַּם הַגָּדוֹל}$ et iterum $\text{מִן הַיַּם הַגָּדוֹל}$ legit.
- XXVIII, 7. עַל מַיִם muta in עַל מַיִם . Sic EPHR. Hebr. Lxx. secund. MS. Vat. Vulg. Aquila. Symm. Theodot. Versio Ar. إِسْرَائِيل et Lxx. sec. MS. Al. et Marchall.
- XXX, 11. Dele copulam ante וְאֵלֵינוּ . Sic EPHR. Hebr. Symm. Vulg. Chald. et scribe וְאֵלֵינוּ . — 12. וְאֵלֵינוּ dele. Abest in EPHR. Hebr. Lxx. Vulg. Chald. Κύριος interponit MS. Marchalli, vt Codd. Kenn. יהוה קדוש 96. 149. 252. In Marg. add. יהוה Cod. 180. — 16. pro וְאֵלֵינוּ scribe וְאֵלֵינוּ *sed super equos*. Sic EPHRAEM Hebr. Vulg. Chald. sic et EPHR. paullo inferius repetiit.
- XXXI, 8. pro וְאֵלֵינוּ *gladio, gladio non virorum* scribe וְאֵלֵינוּ *non gladio virorum*. EPHRAEM, qui et sic explicat: וְאֵלֵינוּ non virtute hominum. In hebr. alterum וְאֵלֵינוּ abest. Sic Vulg. Chald. Lxx. Ar.
- XXXII, 13. וְאֵלֵינוּ . $\tau\delta\ \omicron$ delendum est; non legitur in EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. — 14. Dele וְאֵלֵינוּ *spi- nas*. Abest enim in EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. et sine omni sensu, quantum nos quidem videmus, legitur. HERBERTVS THORNDICIVS iam iudicauit hanc vocem redundare.
- XXXII, 15. pro וְאֵלֵינוּ scribe וְאֵלֵינוּ , vt apud EPHR. in textu et scholio. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald.
- XXXIII, 1. pro וְאֵלֵינוּ *decipietur*, quod sensum non dat, ponendum videtur וְאֵלֵינוּ *decipient*. Sic EPHR. Hebr. Chald. Symm.

Hos. VIII, 4. Dele copulam in וְיִשְׁפְּטוּם , auctoritate EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald.

— X, 8. Verba: וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם *ut cadant super eos* in וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם *cadite super nos* mutanda putemus. Sic EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. quod et Parallelismus membrorum postulat. Sed Chald. cum $\tau\eta$ Peshito consentit. — 15. וְיִשְׁפְּטוּם emenda hunc in modum וְיִשְׁפְּטוּם . Sic EPHR. Hebr. et Vulg. וְיִשְׁפְּטוּם Lxx. et Ar. per Futurum ποινήσω , et sic singularem agnoscunt.

— XII, II. loco וְיִשְׁפְּטוּם scribatur וְיִשְׁפְּטוּם *visionem*. Sic EPHR. Hebr. Vulg. IOEL. III, (Hebr. III.) 19. וְיִשְׁפְּטוּם *desertam* corrige in וְיִשְׁפְּטוּם *desolationis*, suadentibus EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. In $\tau\eta$ Peshito prius וְיִשְׁפְּטוּם substantiue expressum est.

AMOS. I, 4. וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם adde copulam o, quam legunt EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald.

— II, I. loco וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם *quia combusserunt ossa* scribendum videtur וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם *quia combussit ossa*. Sic enim EPHR. Hebr. Vulg. Chald. — Lxx. vero et Ar. habent, ut in $\tau\eta$ Peshito legitur, e quibus correctæ h. l. videtur.

— III, 6. וְיִשְׁפְּטוּם muta in וְיִשְׁפְּטוּם . Sic EPHR. Hebr. sed Lxx. Ar. Vulg. Chald. actiue vertunt. — 14. וְיִשְׁפְּטוּם addatur copula o, quam habent EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Chald. — Vulg. vero praecedens וְיִשְׁפְּטוּם cum וְיִשְׁפְּטוּם coniunxit, quo facto copula erat omittenda.

— V, 25. Verba וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם sic collata sunt: וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם *in deserto quadraginta annos*, auctoritate EPHR. Hebr. et Act. VII, 42. idem MS. et ORIG. contra Cels. p. 236. e MS. Al. et Ar. Vulg. Chald. Soli Lxx. sec. Cod. Vat. conueniunt cum $\tau\eta$ Peshito.

— VI, 14. וְיִשְׁפְּטוּם ponendum est post וְיִשְׁפְּטוּם וְיִשְׁפְּטוּם . Sic in EPHR. Hebr. Lxx. sec. MS. Al. et ed. ALD. Ar. qui *dicit Dominus omnipotens*, ut editio COMPLUT. neglexit, Vulg. Chald.

— XIII, 6. pro וְיִשְׁפְּטוּם *quisquiliis* ponendum וְיִשְׁפְּטוּם *calceamentis*, quod habent E. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Sic in Peshito Am. II, 6.

OBADI.

- OBADI. V, 1. לְאַחֲרָיִם pro לְאַחֲרָיִם auctoritate EPHR, Hebr, LXX, Vulg. Ar. reponendum est.
- MICH. I, 5. Corrige לְאַחֲרָיִם Samaritas in לְאַחֲרָיִם Samaria, quod EPHR, in textu et Scholio habet, et confirmatur auctoritate Hebr, LXX, Ar, Vulg, Chald, et Cod, VSSER, quod etiam contextus postulat. — II, pro לְאַחֲרָיִם fac lege לְאַחֲרָיִם transi, EPHR, Hebr, Vulg, vero et Chaldaeus sic legunt: *transite*.
- II, 6. Verba $\tau\eta\varsigma$ Peschito: *in coctu Domini*, quae v. 6. male inchoant, quum ab EPHRAEMO negligantur cum toto 5. versu, ad hunc ipsum quintum versum ab eo tracta videntur, quod etiam factum est ab Hebr, Vulg, Ar, Chald. Soli LXX, versus distinguunt, vt nunc in Peschito legimus. — 12. in $\text{וְיָבִי$ tolle copulam, quae non legitur in EPHR, Hebr, LXX, Ar, Vulg, Chald.
- V, 2. pro וְיָבִי lege וְיָבִי וְיָבִי . Sic EPHR, Hebr, LXX, Ar, Vulg, Chald. *ibid.* pro וְיָבִי lege וְיָבִי , auctoritate EPHR, Hebr, LXX, Ar, Vulg, Chald. — 8. Verba collocanda sunt: וְיָבִי וְיָבִי וְיָבִי et qui *discerpsit et laniauit et fregit*, auctoritate EPHR, Hebr, Vulg, et Chald. pro: וְיָבִי וְיָבִי וְיָבִי qui *laniauit et discerpsit. Fregit*.
- VI, 7. muta וְיָבִי in וְיָבִי . Sic EPHR, Hebr, Vulg, LXX, Ar, Chald.
- VII, 8. deleatur וְיָבִי ; nam non est in EPHR, Hebr, Vulg, LXX, Ar, Chald. — 19. etiam וְיָבִי delendum est auctoritate testium modo nominatorum.
- SACHAR. IV, 2. Ante וְיָבִי addenda est copula ו , quam EPHR, Hebr, LXX, Ar, Vulg, Chald, agnoscunt. — 6. Tolle ante ו copulam, quam in EPHR, Hebr, LXX, Ar, Vulg, Chald, non reperimus. — *ibid.* lege וְיָבִי loco וְיָבִי suadentibus EPHR, in textu et Scholio, Hebr, LXX, Arab, Vulg, Chald. — 9. וְיָבִי corrige וְיָבִי *posuerunt*. Sic EPHR, Hebr, LXX, Ar, Vulg, Chald. Nam in Peschito vitium est, quia Plur. *manus* praecedit et sequitur.
- VI, II. וְיָבִי loco וְיָבִי . Sic EPHR, Hebr, LXX, Ar, Vulg, Chald.

- IX, 15. loco לְאַחַדְּכֶם rescribatur לְאַחַדְּכֶם . Sic EPHR. Hebr. Vulg. Lxx. vero et Ar. aliter legerunt.
- X, 3. אֶת־הַבְּרִיחַ extuli muta in אֶת־הַבְּרִיחַ iratus est, auctoritate EPHR. Hebr. Lxx. Vulg. Arabs: أَجَد efferbuit. Chald. הָהָה fuit. Hic ergo היה f. הוה in hebraeo legit.
- XI, 7. pro וְלִבְיָדְךָ וְלִבְיָדְךָ et alterum funem lege: וְלִבְיָדְךָ וְלִבְיָדְךָ et alterum funem vocavi. Sic EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. Aquila. Symm. — 10. וְגִבְיֹנְךָ forte mutandum est in וְגִבְיֹנְךָ . Sic EPHR. Hebr. et Chald. notam Accus. exprimunt. — 13. pro אֶת־בְּרַחְתְּךָ lege אֶת־בְּרַחְתְּךָ . Sic EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Aquila. Symm. — 17. loco וְיָדְךָ וְיָדְךָ וְיָדְךָ וְיָדְךָ , brachium tuum dexterum exarescet et oculus tuus, lege: וְיָדְךָ וְיָדְךָ וְיָדְךָ וְיָדְךָ propter hoc etiam brachium eius dexterum exarescet et oculus eius, quod, exceptis his verbis: propter hoc etiam, testantur EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald.
- XII, 4. סוּסָיו equum eius, corrige in סוּסָיו . EPHR., qui סוּסָיו fortasse vitiose in plurali numero legit, suffixum non habet, nec legunt Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. qui vero pluralem expressit. — 7. pro וְיָשֹׁבֵתוֹ et visitabit lege וְיָשֹׁבֵתוֹ et servabit. Sic EPHR. Hebr. Lxx. Chald. qui idem verbum habet. וְיָשֹׁבֵתוֹ EPHR. quoque in scholio repetiit. — 8. Delendam censemus in וְיָשֹׁבֵתוֹ copulam, auctoritate EPHR. Hebr. Vulg. Chald. quam vero Lxx. et Arabs agnoscunt.
- XIII, 6. Verba וְיָשֹׁבֵתוֹ וְיָשֹׁבֵתוֹ וְיָשֹׁבֵתוֹ וְיָשֹׁבֵתוֹ ita ordinanda sunt: וְיָשֹׁבֵתוֹ וְיָשֹׁבֵתוֹ וְיָשֹׁבֵתוֹ וְיָשֹׁבֵתוֹ . Sic EPHR. Hebr. Lxx. Chald.
- XIII, 10. in וְיָשֹׁבֵתוֹ tollatur copula, auctoritate EPHR. Hebr. Lxx. Ar. — 13. וְיָשֹׁבֵתוֹ muta in וְיָשֹׁבֵתוֹ . Sic EPHR. Hebr. Lxx. Ar. Vulg. Chald. vero: coram Domino. ib. וְיָשֹׁבֵתוֹ וְיָשֹׁבֵתוֹ mutentur in וְיָשֹׁבֵתוֹ וְיָשֹׁבֵתוֹ alter manum alterius; Sic EPHR. in textu et Scholio, Hebr. Lxx. Ar. Chald. Vulg.





D: Lc 1988

ULB Halle 3/1
000 794 35X



